28 ¶ † Quero quinto,quare dicit̃ arbor. Respõdeo quia habet similitudiné cum arbore naturali,nam sicut arbor naturalis fructifera,quatuor in se continet principaliter,vꝫ truncum,ramos, fructus,ꝛ frondes,sic ꝛ in ista est truncus vꝫ in medio,vbi est cellula vacua,cui protenditur.ſ.ꝛ infra per lineam rectam, ꝛ pars inferior dicitur pedamentum,collaterales autem rami sunt.Gradus consanguinitatis sunt fructus.Frondes autem sunt cellule, vel secundum aliquos quedam linee que ducuntur ab vna cellula ad aliam,ꝛ secundum aliquos depinguntur tanq̄ꝫ frondes,de hoc p Groffre.in sum.eo.tit.prima parte ver.ꝛ quia,ꝛ per Hostien.in sum.§.quare sub.§.qualiter alij intelligunt q̄ frondes sint puncta que designata videtis duplici colore in qualibet cellula,que interpretatio non est ita propria sicut ꝓcedens,ꝛ sic haberis rationem inductiuam quare,ista arbor ꝛc.

29 ¶ † Quero sexto,quia in arbore fit mentio de stipite,linea,ꝛ gradu,quid sit vnũquodq̄ istorum,respõdeo q̄ stipes dicitur quasi truncus aliquid sustinens,etymologice,quasi stans pes secundũ Ugutio.in derivationibus secundum Car.ꝛ quoad propositum dicitur stipes cõis parens a quo plures descenderint.ſ.de ꝙsan. quod dilectio in glo.sufficit tamẽ q̄ vnus descendat licet plures
30 non sint. † Pater est stipes ad filiuꝫ.d.c.quod dilectio ꝛ.c.tua ꝛ.c.fi.eo.titu.quẽ quidem stipitẽ canones truncum appellant
31 d.c.ad sedeꝫ.ad fi.ꝛ.c.series.xxxv.q.v. † linea vero est lõgitudo,sive protensio,varias continens personas que ab eodem cõi stipite,vel quarum vna ab altera descẽdit.d.c.quod dilectio.ꝛ. c.fi.ꝛ hoc verum est prout intelligitur linea quo ad propositum consanguinitatis in arbore ista magistraliter autem secõm Mathematicos alr accipiẽ,vt scribit flo.vꝫ q̄ linea sit lõgitudo sine latitudine,cuius extremitates sunt duo puncta, ꝑm euclidem,in
32 j. † est aliquãdo linea recta que extendit̃ ab vno puncto ad aliũ in extremitates suas recipiens vtrunq̄ punctorum alia est obliqua vt in circulo,vel semicirculo,sed in ꝓposito nro alr accipit̃ li-
33 nea directa,ꝛ obliqua vꝫ equalis ꝛ inequalis † eq̃lis est quũ duo equaliter distãt a cõi stipite,vt duo fratres respectu patris, duo nati ex duobus fratribus inequalis vero quiꝫ inequaliter distãt patruus,ꝛ nepos,nam nepos ad auum,ꝛ sic patrem patris,ꝛ patruí, distat in linea inferiori, q̄ꝫ distet patruus ad ipsum auum qui pater eius est. Itẽ quum vnus est stipes ad alium mediate, vel immediate,vt in linea ascendentiũ ꝛ descendentium, ex quo infertur, q̄ hec linea inequalis q̄ñq̄ dicitur ascendentium,ꝛ descendentium,vt quũ queritur de duobus,quorum alter ab altero immediate vel mediate descendit,vt pr̃ ꝛ filius,auus ꝛ nepos ꝛ sic de alijs,quãdoq̄ dicitur collateralis,vt q̄ñ queritur de duobus quorum neuter ab altero,sed vterq̄ ab alio tanq̄ꝫ a cõi stipite descendit,vt duo fratres vel eorum filij respectu patris vel aui ꝛ sic de alijs,iste tamen linee reducunt̃ ad rectam,ꝛ obliquã,q̄ linea equalis est recta. Item linea inequalis etiam est recta respectu ascendentium ꝛ descendentium,sed respectu collateraliũ est obliqua,si sunt in linea inequali,imo etiaꝫ si sint in linea equali,si de vno ad alind accedit̃ pergendo ad stipitem ꝛ descendẽdo per aliam lineam,est obliqua,sed si non iuxta ad stipitem est rec-
34 ta vt pꝫ in arboris descriptione. † Gradus aũt gñaliter dicitur ascensus seu id per qđ ascendit̃ ad alind ꝛ dr̃ gradus a gradior, q̄ gradimur per gradus ascendẽdo vel descẽdendo,sicut in gradibus scbalarũ vel locorum ꝓplinium.ff.de gradi.iurisconsultus .§.gradus,quantum autẽ ad propositum gradus ꝑm Hoffre.in sum.huius titu.est habitudo sine distantia personarum ad inuicẽ facta collatione ad cõem stipitem,sed per hoc non cõprehendunt̃ gradus personarũ quarum vna est stipes ad alterã.i.vna descẽdit ab altera,vt pater ad filium,nepos ad auũ ꝛc. Itẽ ipse gradus non est distãtia,sed mensura distãtie,iõ est dõm q̄ habitudo potest intelligi ꝓ mensura,vt pro habitudine intelligat̃ respectus seu relatio,aut ꝙsideratio distãtie inter ꝑsonas de ꝙbus q̄rit̃,habitudo respectu ad stipitẽ. Dõm ẽ ergo q̄ gradus i ꝙsanguinitate ẽ mẽsura distãtie q̄ cognoscim⁹ quoto ꝙsanguinitatis

gradu aliqui distant inuicem, nam si de duobus queritur quoto gradu distent, mensuramus distantiam gradualem inter ipsos p regulas de quibus infra. q. viij. Non. obstat etiaz quod dicebatur de ascendentibus, z de descendentibus quorum vnus ab altero descendit, z sic non descedunt a communi stipite, nam imo descendunt mediate a communi stipite, quia pater z filius descendunt ab auo, vt per se patet.

35 ¶ Quero septimo principaliter, † quomodo formetur arbor, z quare sic formetur, z quomodo punctetur, z quare sic punctetur Respondeo q formatur incipiendo in medio, z ponendo cellulã vacuam, z sunt cellule quedam loca rotunda, in quibus sigillatiz distribuuntur persone de eadez consanguinitate progredientes possent tamen cellule formari quadrate, vel alterius figure esse,

36 † sed conuenientior est figura circularis quia omniuz est pfectissima z proprijssima secũdũ philosophuz. ij. de celo. z in clemen. j. de vi. z bone. vbi corona clericalis habet rotunditatẽ ad significationem professionis. Sit autem hec cellula vacua, quia non potest habere vnum determinatum nomen, cum alie cellule preter illas que nominantur per genitiuum, ab ipsa nomen accipiãt vnde ratio respectu varijs nominibus nuncupatur, vz pater respectu filij, filius respectu patris, frater respectu fratris, z sic de alijs, sed conuenienter dicitur truncus, z sic vocatur a canone vt .s. dixi eo respectu quia de ipsa facimus stipitẽ, cũ a qualibet cellula ascendentiuz descendat vna linea, vt patet in arbore, quamuis autem non possit habere nomen proprium consanguinitatis tamen aliud nomen habere potest, z quidã ipsam appellant Joachim, quia author fuit generationis Christi. Alij vocant Prometheum propter predictam nominum varietatem, † nam Prometheus a poetis fingitur Deus Marinus, qui in varias figuras sepe mutatur, hoc est quia status Marinus sepissime variatur, inde Horatius, quo teneam modo mutantem Protheа vultũ. Alij vocant aliter Jo. an. eam denominat a suo Bidello Petrutio. Car. a suo Bidello Corraldo, cum autem statim Bidellum proprium non habeamus, ponemus in genere nomẽ Bidelli, supra hanc cellulam vacuam est primo pater, z mater, z ponemus vnum punctum rubeum seu numerum denotantem vnum, z alterum punctum nigrum, supra hanc secundo loco est auus auia, z duo puncta rubea, z duo nigra, z hoc intelligẽdo q non interuenerit incestus, z q illa alia non fuerit vxor aui, tunc enim ex eis generati non potuissent contrahere. Ideo aliqui exponũt quod fuerũt bigami, vel melius est dicendum, q illa verba debent resolui hoc modo, auus z vxor eius, auia z maritus eius. hz enim quilibet quatuor auos si est ex licito complexu. s. patrem. z matrẽ patris, qui sunt aui paterni, z patrem, z matrem matris qui sunt aui materni similiter habet octo pauos z sexdecim abauos

38 z sic vltra duplicando, † qz persone ascendentes duplicantur. xxxv. q. v. primo gradu. ff. de gradi. iurisconsultus. §. ij. gradu. ex incesta aũt posset quis habere nisi duos auos, vt si frater z soror generant filium, vel tres, vt si quis generat filium ex sorore que est ex parte matris tantum, vel ex parte patris tantum, pro hoc quod habet in Spe. eo. tit. in fi. z per hoc vltimum dixerunt alii qui de bigamia prout. s. que non est necessaria subaudiendo z resoluendo prout nũc dixi. Ex his habet q illa cellula auus auia, z superiores habent vim duarum, z quenienter diuidende sunt p lineam, vt ex vno latere sit auus. s. paternus ex altero auia. s. materna, quia hec arbor habet vim duarum arborũ, vt ex latere dextro computet genealogia Bidelli ex parte masculorum, ex latere vero sinistro, ex parte feminarum, z sic vtraq arbor est tantum media ad formã vexilli, tota autem simul q̃stituit predictas duas arbores. quod fit ad euitandam superfluitatem, cũ iste arbores dimidiate prout. s. sufficiant pro intellectu totius consanguinitatis. Item si vellemus integraliter omnes personas enumerare, cum vt proxime dixi ascendendo duplicentur esset quasi

39 quidam † processus in infinitum, euitandus, de rescript. cum in multis. in. vj. nec facile tanta multitudo potuisset in parno loco reponi. xiij. q. ij. §. econtra supra cellulam hanc est proauus proauia, z tria puncta rubea, z tria nigra, z denotant puncta rubea computationem secundum ius canonicum, nigra secundum ius

40 ciuile. † Ponitur autem punctatio rubea secundum canones in parte superiori vt notetur excellẽtia iuris canonici, super ius ciuile, presertim quo ad matrimonium, in quo leges non dedignantur sacros canones imitari de secun. nup. c. penul. z vlti. de qua excellentia per Hosti. in summa in proemio. §. vnde habuerit. in

41 ver. est igitur. † quare autem de rubeo, z nigro potius q̃z de alio colore facta fuerit hec punctatio, non expedit reddere rõnẽ, cuz hoc q̃stat z tendat ad beneplacitum argu. de rescrip. si qñ, z qõ ibi not. sed colorate potest dici, qz istis coloribus magis vtimur in scribendo, sic etiaz posset dici de diuersitate coloris rubei, z nigri, qui varium ius designat vt. s. sed forte ideo computatio canonica designat̃ per rubeum z legalis computatio per nigrum sum

42 Jo. de ligna. † qz color rubeus nobilior est tanq̃z habens plus de lucido, z minus de terreo. niger vero econuerso, vt in lib. de sensu z sensato. † Nunc descendo ad cellulas descendentes sub cellula Bidelli, z sub illa prio est filius filia, z vnum punctum rubeũ z alterum nigrum, sub illa nepos neptis, z duo pũcta rubea z duo nigra, sub illa pnepos proneptis, z tria puncta rubea, z tria nigra, sub illa abnepos abneptis et quatuor puncta rubea, z quatuor nigra, nam vtroq mõ vt infra dicet est q̃putatio gradum in hac linea ascendentium z descendentium tã de iure canonico q̃z ciuili, z sic completa est linea p̃dictoz ascendentium, z descendentium. Relique dicuntur collateres seu trãsuersales in arbore autem antiqua ponebantur plures gradus qui hodie

44 sunt remoti, † cum non extendatur prohibitio matrimonij vltra quartum gradum consanguinitatis, vt in. c. non debet de cõsan. z dicetur infra. quest. xj. nam per hoc tolli non potest q̃sanguinitas naturalis, terminatio ergo omnium predictoz in tota arbore tam ascendentium q̃z transuersalium refertur ad cellulam vacuam quam nominaui Bidellũ, vt pz ex predictis z dicẽdis.

45 † Nunc de collateralibus est forma dicenda. Primo ergo iuxta cellulam Bidelli a dextris est frater, z vnum punctũ rubeũ z duo nigra. j. ideſt sub cellula frater fratris, filius filia, duo puncta rubea, tria nigra. j. fratris nepos neptis, z tria puncta rubea quatuor nigra. j. fratris pnepos proneptis, z quatuor puncta rubea z quoq nigra z sic habetis lineam fratris, z hic de patre Bidelli fecimus stipitem, vltra fac stipitẽ de auo. j. ideſt sub cellula auus, patruus amita, z duo puncta rubea, tria nigra. j. frater patruelis z amitin9 soror patruellis z amitina, z duo pũcta rubea quatuor nigra, z est frater patruelis mei, is qui nascitur ex fratris mei soror similiter patruelis, que ex ipso fratre patris nascit

46 † ille vo vel illa, q vel que ex sorore pris mei nascit̃ est mihi frater amitinus z soror amitina. ff. de gradi. iurisconsultus. §. quarto gradu. circa mediũ. xxxv. q. v. primo gradu. j. descendente, horum filius filia, z tria puncta rubea, qnq nigra. j. horum nepos, neptis, z quatuor puncta rubea, sex nigra. Nunc faciamus de pauo stipitẽ. j. pria cellula descẽdes ex pauo ẽ patruus magnus

47 amita magna, z tria pũcta rubea, quatuor nigra. † dr autem patruus magn9 z amita magna pris mei patru9 vel amita. l. iurisco sultus. §. iiij. gradu. alle. z in. d. c. j. gradu. xxxv. q. v. j. legit̃ ppor,

48 sobrinus pprior sobrina, z tria puncta rubea, quinq nigra. † potetiam dici pprior a prope pprior aũt derivat̃ a proprie, z sic scribi põt cũ r. z sine r, imo etiam pprior fm derivatores, derivatur a prope, vt scribit Car. sive ergo dicatur pprior sive pprior sobrinus, idem est qõ primus sobrinus, qui est is, vel ea sobrina qui vel que patris mei est q̃sobrinus vel q̃sobrina, vel patruelis vt in proposito nostro. d. l. iurisco sultus. §. quinto gradu. z insti.

49 de gradi. §. quinto gradu. z. d. c. primo gradu. † vbi et isti appellantur pconsobrinus z pconsobrina. quasi remotiores q̃z consobrinus z q̃sobrina. j. sequitur horum filius filia, z tria puncta rubea sex nigra infra horũ nepos neptis, z quatuor rubea septem nigra. Ultimo fac stipitẽ de abauo, sub illa cellula ponitur primo propatruus proamita, z quatuor puncta rubea, z quinq nigra. †

50 z dicitur propatruus proamita, proaui frater z soror. Instit. de gradi. §. quinto gradu. z dicitur etiam patruus maior z amita maior. i. pris mei patru9 magn9 amita magna. d. l. Iurisconsultus. §. quinto gradu. z. d. c. primo gradu. infra horum filius filia, z quatuor puncta rubea, sex nigra. Infra eorum nepos neptis, tria puncta rubea, z septem nigra. Infra horum proneпos pneptis, z quatuor puncta rubea z octo nigra. Et sic completa est arbor ex parte masculina p modum vexilli vt. s. dictum est,

51 nõ autem integraliter vt iacet, s̃ p dimidiũ. † Nũc ergo ad alio dimidium venio, z formo ex latere materno, vbi in effectu eadem est doctrina z declaratio, z Joã. and. aliter non describit, sed ad clariorem intellectum etiam seriatim recitabo fm Card. Juxta cellulam igitur Bidelli, est soror, z vnum punctum rubeum, duo nigra. Stipes est pater z mater. Unde quantum ad hanc lineã nõ põt plus dici ex latere materno q̃z paterno, secus quo ad alios sequẽtes vt in eis patebit. dic q hic decipit Car. vel forte est error scriptoris, qz nec in hac cellula seu linea, nec alijs ab hoc latere est dria aliqua inter latus paternũ z maternũ, sed forte voluit dicere l̃z impertinenter, q linea ascendentium z descendentium non est differentia inter ius canonicum z ciuile in gradus computatione, vt patebit infra, sed in linea collaterali, est in omnibus

in oibus differentia, ſneiſpiendo ab hac prima cellula frater vel
ſoror, vſq; ad extremam ℑ. ſororis filius filia, ⁊ duo p̃cta rubea,
tria nigra. ℑ. ſororis nepos neptis, tria puncta rubea quatuor ni-
gra. infra ſororis pronepos pneptis, quatuor p̃cta rubea, qnq;
nigra. vlterius fac ſtipitē de auia, ⁊ ſicut dixi ſupra ſubaudien-
dū eſt materna, ⁊ ſic ſolū ex parte matris eſt hec linea, ⁊ ſequen-
tes ab hoc ſiniſtro latere. ℑ. auunculus matertera, ⁊ duo p̃cta ru
52 bea, tria nigra. † ⁊ eſt auunculus matris frater, martertera ma-
tris ſoror. d. l. iuriſconſultus. §. tertio gradu. inſti. de gradi. §. ter
tio gradu. ⁊. d. c. primo gradu. in ver. iij. ℑ. conſobrinus q̃ſobrina,
53 ⁊ duo puncta rubea quatuor nigra. †⁊ dñr q̃ſobrini ex duabus ſo
roribus nati, quaſi cōſororini, vt dicit tex. in illa. l. iuriſconſultus
§. quarto gradu. ⁊ inſti. de gradi. §. iiij. ⁊. c. primogradu. ⁊. ff. de
gradi. l. j. ℑ. bozū filius filia, ⁊ tria puncta rubea quinq; nigra in-
fra bozū nepos neptis, ⁊ quatuor puncta rubea ſex nigra. fac ſti-
pitē de proauia, ſub illa cellula eſt auunculus magnus materte-
ra magna ideſt auie materne frater ⁊ ſoror, ſeu matris mee auun
culus, ⁊ matertera. d. l. iuriſconſultus. §. iiij. ⁊. d. §. iiij. inſti. eo. ō
gradi. ⁊. d. c. j. gradu. ⁊ hic tria puncta rubea, quatuor nigra. ℑ. p
pior ſobrinus propior ſobrina ideſt auunculus magni ſeu materte
re magne filius filia. d. l. iuriſconſultus. §. quinto inſti. eo. alleg.
§. quinto iſti etiam dñr proconſobrinus procōſobrina. d. c. pri-
mo gradu, ⁊ hic tria rubea ⁊ quinq; nigra. ℑ. bozum filius filia, ⁊
tria puncta rubea ſex nigra. ℑ. eoz nepos neptis, ⁊ quatuor pun-
54 cta rubea ſeptē nigra. † vltimo fac ſtipitē de abania, prima cel-
lula eſt pauūculus pmatertera. i. proauie materne frater ⁊ ſoror
55 d. c. primo gradu. ⁊ inſti. de gradi. §. quinto gradu. † dñr etiam
auunculus maior ⁊ matertera maior, ideſt matris nec auūculus
magnus ⁊ matertera magna. d. l. §. qnto. ⁊ hic quatuor p̃cta ru
bea quinq; nigra infra bozum filius filia, ⁊ quatuor p̃cta rubea
ſex nigra. ℑ. eoz nepos neptis. ⁊ quatuor p̃cta rubea, ſeptez ni-
gra infra eozum pronepos proneptis, ⁊ quatuor puncta rubea ⁊
octo nigra.

56 ℭ † Quero octauo quot ⁊ quibus regulis cognoſcantur gradus
conſanguinitatis. ℜeſpondeo q̃ vna eſt regula reſpectu aſcen-
dentium ⁊ deſcendētium, quatuor vero reſpectu collateralium.
57 ℘rima regula inter aſcendentes, ⁊ deſcendentes eſt iſta † quot
ſunt perſone de quarum conſanguinitate queritur computatis
intermedijs vna dempta tot ſunt gradus, ſi ergo queritur quoto
gradu ℬidellus diſtet a patre, ⁊ matre, cū hic due ſint pſone. ſ.
ℬ. ⁊ pater vel mater eſt vnus gradus, ab auo autez diſtat
ℬ. ſecundo gradu, qz tot ſunt perſone. ſ. ℬ. pater ⁊ annus vna.
ſ. dempta, a proauo diſtat tertio gradu, qz quatuor ſunt perſone
abauo quarto gradu p̃ modū premiſſum, ⁊ idem ſi ꝓcedit̄ per li
neā femininā, vt ſi querit̄ quoto gradu diſtet ℬ. ab auia, pania
vel abauia, ⁊ hoc aſcendendo, deſcendendo vero eodem modo
colligitur, qz. ℬ. diſtat a filio primo gradu, a nepote ſecundo, a
pronepote, tertio, ab abnepote quarto, qz in his vna perſona dē-
pta, tot ſunt gradus quot perſone demunt̄ aut vna perſona, qz
ſtipes cum vno qui a ſe imediate deſcendit facit vnū gradum. ſ.
58 vltra primū quelibet perſona addita perſone per carnis propa-
gationem ſeu generationē adijcit gradū, † vnde pater ⁊ filius po
nendo patrē ſtipitē, non poſſunt facere duos gradus. ⁊ ſecundū
Azo. in ſumma de gradi. inſti. datur ſimile, ſi quis vul facere fe-
59 neſtram requirunt̄ due columne ſeparatim poſite, ſed ſi vult aliā
iuxta illā facere addita vna columna efficitur alia feneſtra. † pa
ter ergo ⁊ filius non diſtāt gradibus, ſed ſunt in vno gradu. Ad
dita autem vna perſona filio deſcendendo habet̄ ſecundus gra-
dus, vel addita vna perſona patrum aſcendendo ſimiliter habe
tur ſecundus gradus, ⁊ ſic deinceps pro hoc. ff. de gradi. l. j. §. ſed
ſuperior. in. l. iuriſconſultus. §. ſi ſunt ex lateribus. ſed ſm ℭard.
60 ꝓpior ⁊ ſtrictior ratio reddi poteſt, qz vt dictum eſt in. j. q. q̃ſan
guinitas eſt ſanguinis vnitas ſeu attinentia perſonarum † pre-
ſupponit ergo conſanguinitas ſaltem duas perſonas q̃ vniantur
vnde ſicut nō poteſt eſſe matrimoniū niſi due ſint perſone, vir. ſ.
⁊ mulier q̃iuncte affectu coniugali ⁊c. de p̃ſump. illud ⁊ ſicut nō
ꝓt eſſe idē pater ſuimet, ſiue loquamur de patre carnali ſiue ſpi
rituali. de ℬap. debitū ita nec q̃ſanguineus ſuimet, nā inter co
61 herentiā dz eſſe diſtinctio. d. c. debitū. de inſti. c. fi. pro hoc tan-
gitur in arbore ſequēti, ⁊ hec regula ſufficit ſm vtrūq; ius, † qz in
hac linea aſcendentium ⁊ deſcendentium non eſt differentia in-
ter leges ⁊ canones, de collateralibus ℵo dant̄ quatuor regule
qz vt eſt dictū. ℑ. due ſunt linee, collateraliū, altera equalis, ⁊ al-
62 tera inequalis. ⁊ reſpectu vtriuſq; dant̄ due regule, vna ſecūduz
ius canonicum, altera ſecundum ciuile. † eſt ergo de linea equa
li hec regula ſecundum canones, vz quo gradu vter eoz de quo
rum q̃ſanguinitate queritur diſtat a cōi ſtipite, toto diſtāt inter
ſe ſecundum canones, ⁊ colligitur hec regula. eo. titu. quod dile
ctio. iuncta. iiij. gl. exemplum, ſi queritur quoto gradu diſtat. ℬ.
a pronepote propatrui, cuz quo eſt in linea equali, poteſt incoa-
ri, vel ab ipſo pronepote, cū vterq; diſtet a cōi ſtipite qui eſt aba
nus quarto gradu, ergo ⁊ inter ſe quarto gradu differunt, in eo
tamen quod dixi toto gradu diſtant inter ſe dicit ℍoſti. in ſum.
de conſan. §. qualiter. ver. ſciendum q̃ in linea equali non diſtāt
gradu, quia ſunt in eodem gradu, ſed melius dicit̄ q̃ ſibi attinēt
quod procedit habito reſpectu ad cōem ſtipitē, qz pariter ab ip
ſo diſtant, ſed habito reſpectu ad ipſas pſonas, licet ſint in eadē
linea, tñ quia volumus ſcire de conſanguinitate inter ipſas op3
accedi de vna ad alteram, aſcendendo ad ſtipitem ⁊ deſcenden
do p̃ aliam lineam, ⁊ ſic inuicem diſtant, ⁊ hoc verbo diſtāt vti-
tur ℍoffre. in ſumma eo. §. in hac. ⁊ in hoc caſu bene ſequitur, ⁊
valet argu. Ego. ⁊ tu ſumus q̃ſanguinei, ego poſſum accipere fi-
liā tuā, ergo ⁊ tu meā, vt qz ſumus in quarto gradu, vz ēt negati
ue, ego non poſſum accipere tuā, ergo nec tu meam, quia ſumus
63 infra quartū gradū. † Secundū leges vero eſt hec regula in col
lateralibus equalis linee quoto gradu vter eoz diſtat a cō ſtipi-
te, toto duplicato diſtant inter ſe, ⁊ ſic ℬ. a pronepote patrui, a
quo, vt modo dixi ſm canones, diſtat quarto, hoc modo diſtat
octauo, ⁊ que ſit ratio diuerſe computationis inter leges, ⁊ cano
64 nes, dicet̄ in ſequenti queſt. † Ex hac quidem regula infertur, q̃
ſm leges in linea equali collateralium non eſt reperire diſparez
gradū quia in prima cellula vbi eſt frater eſt ſecūdus gradus in
ſecunda quartus, in tertia ſextus, in quarta octauus, ſecus autez
65 ſecundum canones, † quia tot ſunt gradus, quot ſunt cellule naz
ſecundum ℭalde. de vna cellula ad aliam fit tranſitus per lineā
rectam tranſuerſalem ſecundum canones ſicut in facto cōtingit.
poſitis quatuor ſcalis ei quatuor perſonis ſtantibus ponamus
in qualibet ſcbala, ſuper quarto gradu de vna perſona, ad aliam
eſſet recta linea tranſuerſalis, ſed ſecunduz leges fit aſcenſus ad
ſtipitem per vnam lineam, deinde de deſcenſus per aliam lineā
66 vſq; ad perſonaz de qua queritur † in linea vero inequali eſt hec
regula ſecunduz canones in collateralibus linee inequalis, quo-
to gradu, remotior diſtat a ſtipite, toto diſtat per aliaz lineā de-
ſcendentem, vt in. c. fi. hoc titu. vnde ℬ. diſtat a patruo ſecūdo
gradu, qz ſtipes eſt auus a quo ℬ. remotior diſtat ſecundo gra-
du ab ipſo ℬ. dz fieri computatio prout. ſ. ſed a patruo magno
diſtat ℬ. tertio gradu, qz diſtat ipſe ℬ. tertio gradu, qa diſtat
ipſe ℬ. a proauo tertio gradu, ⁊ proauus eſt communis ſtipes,
a propatruo vero diſtat quarto, qz abauus eſt ſtipes a quo ℬ.
diſtat quarto ⁊ ſimiliter diſtat ℬ. quarto gradu a filio ꝓpatrui
⁊ ab eius nepote, ⁊ ſimiliter ab eius pronepote, ſed hoc vltimuz
de pronepote colligitur per precedentem regulam de linea equa
li ſecundum canones, ſi autem pronepos propatrui generaret fi
lium, ille diſtaret a ℬ. quinto gradu, quia ab illo filio tanquam
remotiori fieret computatio, ⁊ ipſe diſtaret ab auo qui eſt cōis
ſtipes qnto gradu, ⁊ ſic̄ a proauo ⁊ deinceps vſq; ad perſonam
filij ℬ. ex his inferē q̃ ℬ. non p̃ōt q̃bere cū aliqua perſona de
arbore, nec aliqua perſona de arbore poteſt inuice q̃bere vſq;
ad rectam lineam tranſuerſalem reſpicientem cellulā vacuaz ip
ſius ℬ. ſed filia ℬ. bene poſſet contrabere cum propatruo, lz
67 non poſſit contrabere cum prima cellula vbi eſt abauus, † quia
vt infra dicetur. q. xj. in linea aſcendentium, ⁊ deſcendentiuz eſt
perpetua prohibitio per quod tollitur dictum ℍoſtien. eodem
titulo. quod dilectio dicentis q̃ qui non poteſt contrabere cum
ſtipite, non poteſt contrabere cum filio ſtipitis, cuius contrariū
no. fuit in. c. fi. eo. titu. de conſangui. in hac autem linea non ſe-
quitur predictum argu. affirmatiue nec negatiue, vz ego ⁊ tu ſu-
mus q̃ſanguinei, ergo q̃ poſſum accipere filiam tuaz, ergo, ⁊ tu
meam, ⁊ econtra. nam ſi ego in quarto dicto a ſtipite, tu in tertio
ego non poſſum filiam tuam accipere, tu tamē potes meā, ⁊ hoc
68 niſi obſtet aliud impedimentum. † at ſecundum leges eſt hec re
gula collateralium linee inequalis quot ſunt perſone computa-
tis inter medijs vtrinſq; linee vſq; ad ſtipitem dempto ſtipite tot
ſunt gradus, vnde ℬ. diſtat a fratre ſecundo, quia ſtipes eſt pa
ter, ⁊ ſic ſunt tres perſone. ſ. ℬ. frater ⁊ pater, ergo ſtipite dē-
pto ſunt duo gradus, a patruo vero diſtat ratio, qz ſunt quatuor
perſone. ſ. ℬ. pater, auus, ⁊ proauus. a patruo magno quarto
gradu, quia quinq; ſunt perſone a propatruo, quinto, quia ſex
ſunt perſone, a filio propzium. Sexto, quia ſeptem ſunt perſo
ne, a nepote propatrui ſeptimo, quia octo ſunt perſone a pro
nepote propatrui. Octauo, quia nouem ſunt perſone vtriuſ-
que linee, ⁊ hec regula ſufficit ſecundum leges indiſtincte.

tam inter ascendentes, ꝛ descẽdentes, ꝙz inter collaterales, sive linea sit equalis, sive inequalis, quia semp quot sunt persone dẽ pro stipite tot sunt gradus, est autem posita precedens regula in linea equali scõm leges, vt clarius, ꝛ distinctius arbor exemplificetur, hec autem regula probatur. ff. de gradi. l. j. ꝛ. iij. ꝛ l. iu risconsultus. xxxv. q. v. primo gradu. ꝛ melius instit. de gradi. §.
69 hactenus. † vbi dicitur ꝙ quelibet persona generata gradũ adij cit, vt ibi etiam in glo. Ratio autem huiusmodi computationis diuerse subijcitur in questio. seq.

¶ Quero nono quia vt. s. proxime dixi aliter cõputatur gradus
70 fm leges, aliter secundum canones, † que est ratio diuersitatis. Solu. hec questio soluitur. xxxv. q. v. ad sedem, quia in legibus ꝙputatur vt hereditas ab vna persona ad alteram deferatur in canonibus vero vt intelligatur ad quotam generationem cõsanguineorum liceat vel non liceat contrahere matrimonium. Hereditas autem deferri non potest nisi de vna persona ad alias ĩõ secundum leges in singulis personis sunt singuli gradus, sed nuptie nõ possunt fieri sine duobus, ideo canones duas in vno gradu constituunt personas, vt dicitur in. d. c. ad sedem, vbi ẽt subiungitur ꝙ si vtraꝙ computatio inspiciatur diligenter, idez sensit lex ꝛ canon hoc est ꝙ canones considerarunt vnã generatio-
71 nem ꝙꝙ essent diuerse persone, † sicut enim filius est cum patre in primo gradu, ita secundum canones esse frater cum fratre, ꝙz sanguis paternus non protenditur vltra vnũ gradum, nepos aũt sicut est cum auo in secundo gradu, ita etiam cuz fratre patruele, quia sanguis auitus non descendit nisi duobus gradibus seu
72 duabus generationibus, ꝛ sic deinceps, † secundum leges autez duo fatres sunt in secundo gradu, filij fratrum in quarto, quia si debebit deferri hereditas de vno ad aliuz ad sciendũ quoto gradu distant, ascendimus ad stipitẽ, ꝛ descendimus per aliaz lineã vt in questio. precedenti, ꝛ sic inueniemus inter fratres duos gradus, quia tres sunt persone, in filijs fratruz quatuor gradus quia quinꝙ sunt persone, ꝛ sic vlterius, vnde secundum canones, quũ queritur quoto gradu distant, est querere quoto gradu gñatio a cõi stipite descendat, secundum leges vero est querere quot pso-
73 ne descendant a stipite, † ex his videtur, ꝙ stabitur computationi canonice quo ad matrimonia ẽt in terris iperij, quo ad hereditates vero stabitur computationi legali etiam in foro ecclesie, de no. ope. nuntia. c. j. ꝛ quod ibi not. ꝛ facit quod sequitur in questione sequen.

74 ¶ † Quero ergo decimo si per statutum determinaꝛ de successione vsqꝙ ad tertium vel quartum gradum, quomodo computabuntur gradus. Jaco. but. in. q. que incipit statuto ciuitatis sena-
75 rum, vt refert ꝙ Car. determinauit ꝙ secundum ius ciuile, † ꝙz constitutio corrigens, interpretans, vel declarans, debet sumi eo dẽ modo quo ius correctum interpretatum ꝛ declaratuz, in auc. de fi. an. dota. instru. nat. ad fi. ff. si quis testã. lib. esse iuf. fue. l. j. §. hec actio. de quo per Jo. an. in addi. Spe. de succes. ab inte-
76 super ver. ꝛ an filij, ꝛ per Bal. in. l. ij. C. de succes. edic. † plus dicit Jo. an. vbi. s. fuisse terminatum ratione premissa, ꝙ si statutũ ciuitatis imponit penam contrahentibus matrimonium in quarto gradu vel remotiori, ratione subiecti, id ẽ materie de qua tractat, intelliget de gradu fm cõputationem canonicam, pro hoc quod dixi in proxima. q. de valore tamẽ huius statuti, dic vt fuit declaratum in. c. gẽma. de spõ. ꝛ in. c. j. ꝛ. c. super eo. de cogna-
77 spiri. † Si autem statutũ ẽ in alia materia ꝙꝙz hereditatis vel matrimonij, pone ꝙ accusans non ꝓducat testes in tertio gradu vel citeriori, dicit ibidem Jo. an. ꝙ in foro ciuili computabunt gradus secundum leges, ꝛ si est statutum episcopi, idest ecclesiastiꝯ cum computabuntur gradus secundum canones arg. ad hoc de testa. cũ essem ꝛ no. x. dist. qstõnẽ. ꝛ in Specu. de dispu. ꝛ alle. §. postro. ad fi. de no. ope. nun. c. j. ꝛ pro hoc ꝙ no. Bal. in. d. l.
78 ij. de succes. edic. vbi refert Jac. butr. qsuluisse † ꝙ si statutũ dicat ꝙ extantibus agnatis vsqꝙ pone ad quartum gradum nõ succedat mater defuncto computabuntur gradum secundum leges quod debet intelligi nisi statuto caueatur expresse ꝙ fiat computatio de iure canonico, prout in ciuitate ista cauet, quia a verbis legis non est recedendum. iij. q. vj. scripta. ꝛ in. l. prospexit cum
79 simi. ff. qui ꝛ a quib. † dicit ẽt idẽ Butri. in eadem disputatione, seu consilio, ꝙ veram computationem graduum que fit secundũ leges ius canonicum non potuit imitari, argu. ff. de vsuf. ea. rer. que vsu. consum. l. ij. ꝛ ꝙ secundum leges sit vera computatio ꝓ-
80 batur, † quia fit secundum aritbmeticaz que est sciemia naturalis, quod vltimum non videtur proprie dictum, quia solam philosophiam naturalem dicimus scientiam naturalez, tamen potest intelligi ex eo qz subordinatur aritbmetica alijs scientijs vt dicit in proemio huius compilationis, ꝛ est sensus But. ꝙ secundum
81 veram computationẽ numeri procedit legalis computatio, † ꝙz quot sunt persone vna dempta tot sunt gradus, ideſt tot gradibus proceditur de vna ad aliam, ex quo videretur ꝙ etiam interris ecclesie debeat stari computationi legali in alijs casibus
82 ꝙz matrimonialibus, † quia ius canonicum solum computat respectu coniugij. xxxv. q. v. ad sedem. ergo in alijs standuz est legi. ar. ff. de iudi. cũ ꝓtor de presump. nõne ꝓ hoc. xxxv. q. v. primo gradu vbi computantur gradus fm leges facit qõ nota. de ap. postremo, sed posset dici ꝙ sicut cõputatio canonica fit soluz respectu matrimonij, ita ciuilis soluz respectu deferendarũ hereditatũ. d. c. ad sedez ibi i legibus si qdẽ hoc nibil aliud, ꝛc. vbi b
aperte dr, vnde quo ad nuptias õ iure ciuili aliq ꝓbient i qrto
83 ꝛ aliqui non, † nã fratris neptẽ ducere non lz q̃ est in quarto fm leges, ꝛ tñ filij duorum fratrum qui etiã sunt in quarto fm leges vt dixi. §. licite iungi possunt. instit. de nup. §. sed nec nepotem, ꝛ
84 §. duoꝛ, † ꝛ sic ius ciuile quo ad nuptias potius ꝓbibet ꝓsonas ꝙꝙz gradus, hoc igitur attento dicendum est ꝙ ꝙnis computatio ciuilis videatur propria attenta numeratione personarum, tamẽ etiam canonica est propria attenta generatione, ꝛ sanguinis ꝓpagatione ꝛ descensu ꝓut in proxima questione, ꝛ ideo extra casum matrimonij vel hereditatis potest teneri ꝙ stabitur computationi cuiuslibet in suo foro vt supra, dixi supra de appellatione si duobus.

85 ¶ † Quero vndecimo, in eo quod. s. dixi. q. vij. ꝙ non connumerantur in arbore nisi quatuor gradus de iure canonico, ꝙz vltra quartum gradum non durat prohibitio matrimonij, an hoc locũ habeat indistincte. respondeo ꝙ inter collaterales omnes concedunt ꝙ sic, per. c. non debet, de consang. sed in linea ascendentium, ꝛ descendentium est varietas, nam Goff. in summa de consang. §. item cum queritur, dicit ꝙ etiam hoc casu procedit. c. nõ debet. Contrarium communiter tenetur, argu. xxxv. q. iij. progeniem, ꝛ duobus capi. seq. vbi dicitur ꝙ olim non solum vsqꝙ ad septimum gradum, sed etiam ꝙtum erat notitia parentele erat prohibitio, ergo ex quo constat alterum ascendentẽ ꝛ alterũ descendentem durat prohibitio. Cal. tamen dicit hic, ꝙ. c. progeniem, intelligitur scõm. c. de consan. ibi sequens, ꝛ illud loquitur disiunctiue. s. ꝙ quis non ducat consanguineam vsqꝙ post septimam generationem, vel quousqꝙ parẽtela cognosci potest. Item ambo illa capitula intelliguntur secundum. c. ad sedem. allega. vbi dicitur ꝙ canones dicentes a consanguinea abstinendũ vsqꝙ quo generatio recordaꝛ, non discordant a canonibus dicentibus ꝙ post legitimam generationez possunt iungi, quia post septimã generationem inter consanguineos nec cõsanguinitas innenitur
86 nec noia graduũ reperiunt. † tz tñ Jo. cal. ꝙ inter ascendentes ꝛ descẽdentes sit perpetua ꝓbitio per. c. in copulatiõe. xxxv. q. iij. vbi sine disiunctione dicitur ꝙ non licet accipere cõsanguineam quousqꝙ generatio recordatur, ꝛ ad idem alllegat predictũ
87 c. de consanguini. † quia ibi precedit negatio disiunctiuam, ꝛ sic stat pro coniuncta. ff. de verb. obliga. si quis ita. de reb. dub. Item qui duocenta. §. virum. xxxiij. distin. maritum. xxxiij. distin.
88 precipimus. de biga. c. j. † ad. c. ad sedem respondet, ꝙ loquitur de collateralibus, ꝛ respicit factum, quia ita est de facto ꝙ post septimã generationem memoria consanguinitatis non retinetur ꝛ pro hoc ꝙ sit perpetua prohibitio in linea ascendentiũ est ter. fm Car. isti. de nup. §. j. ff. ꝺ ri. nup. nuptie. §. ꝓ quas. Car. ꝙ illã l. sequitur istam partem, cum ꝛ canones nõ contradicant specialiter sed generaliter in eo ꝙ olim permittebaꝛ matrimoniuz post
septimum gradum. d. c. ad sedem. bodie post quartum. d. c. non debet, sed debent intelligi de collateralibus, vt iura inribus concordentur. c. cũ expediat de elec. in. vj. hoc tamen non est multũ necessariũ disputare, quia nunꝙ occurrit ꝙ inueniatur aliqs habilis ad contrabendum cum ea que descenderit ab ipso, ꝛ distet vltra quartum gradum, sed tamen non est inutilis disputatio ꝓ intelligenda iura argu. de indi. nouit. quamuis autez perpetuo
89 duret prohibitio vt. s. dixi tñ fit differentia in nominibus, † quia ascendentes dicuntur parentes solum vsqꝙ ad tritauum, ab inde supra dicuntur maiores, descendentes vero dicuntur liberi vsqꝙ ad trineporem, vlterius postriores nominantur. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. parentes, ꝛ hoc de ꝓprio significato. secus autẽ de benigna interpretatione, seu lata, quia tunc omnes ascendentes, vsqꝙ in infinitum dicuntur parentes, ꝛ similiter descendẽtes dicuntur liberi. ff. de in ius voc. quique. §. parentes vbi itã notabiliter intelligit gl. ꝛ ita intelligenda glo. instit. de bono. possess. §. j.
90 † dicens nomine liberorum omnes descendentes contineri, quod est dicendum ex interpretatiõe ꝓut. s. ꝛ ex hoc qz ꝓbitio

matrimonij

matrimonij inter ascendētes ⁊ descendētes est ppetua, sequit vt no.gl.in.d.l.nuptie q si scōam vineret nō posset accipere vxorē contra qō facit,qr nemo cogit̄ ꝙtinere.xxxij.q.j.integritas. sed rñdet Jo.cal.q cogitur pp obstans impedimentum,hoc est pp accidentiā facti,qr sic accideret quoad suos descēdentes, sed tñ pp necessitatem humani generis ꝙseruandi relaxaret̄ dicta pro
91 bibitio,sicut olim.xxxv.q.i.cū igitur.Quero vltimo†qr.s.dixi p xima quest.q prohibitio consanguinitatis respectu matrimonij nō durat inter collaterales vltra quartū gradū,an tollat̄ ēt ꝙsanguinitas.Gof.in sum.eo.ver.Jtē q̄rit̄.dicit q non, pro quo est tex.ff.de pac.ius agnationis.⁊ ideo quoad ius succedēdi durat,
92 ⁊ q̄tū ad alios effectus,†nam prohibitio matrimonij que est de iure positiuo tolli potuit ⁊ mutari,sed nō ꝙsanguitas que est de iure naturali qō est immutabile.v.dist.in prin.alias stricte intelligendo consanguinitatem scōm Car. oēs homes de mundo qui originē hñt abuno sanguine,essent ꝙsanguinei,de quo tactū fuit
93 .xj.q.†Unde scōm Cal. in hac mā est ꝙsiderandū q prohibitio matrimonij triplici iure cauet̄,aliq̄ ex dictamine iuris nālis vt Gene.ij.Relinquat aūt homo patrē ⁊ matrez ⁊c. q̄ auctoritatē intelligit relinquat.i.matrimoniū nō ꝫhat filius cuz matre
94 vel pater cū filia,qr illa est prohibitio de iure nāli,⁊ est rō†qr filius parentibus dz reuerentiam.xij.q.ij.ebron.Eꝫ,vxor est subiecta marito.xxxij.q.v.hec imago.⁊.c.cū caput.Unde repugnantia sequebat̄,q tanq̄ filius subijceret̄ matri, ⁊ mater tāq̄
95 vxor subijceret̄ filio.†Alia phibitio pcedit ex dictamine iuris diuini,vbi phibitio mrimonij iducit̄ vsq̄ ad aliquos scōs grad⁹
96 in.c.gaudemus vidisti,vbi plures enumerant̄ psone.⁊ in.c.lras de resti.spol.†Tertia phibitio processit ex dictamine iuris positiui,vñ olim extēdebat̄ vsq̄ ad septimū.d.c.ad sedem.⁊.c.progeniem.cū si.alleg.hodie vsq̄ ad quartū, p.c. nō dz preallega.
97 †Prima ergo ⁊ scōa phibitio nō est sublata vt in iuribus alle. Tertia vero cū sit in ptāte Pape,potuit corrigi,⁊ mutari, ar. c.i.de cogn.spirit.⁊ in.c.i.de consti.in.vi.bz.n. claues ecclesie ⁊ omnem ptātem iuris positiui,vt in toto ti.de transla. ⁊ in.c.lo lite.de maio.Nec obst.si diceretur antiquos patres ⁊ pastores aut male dixisse quod est absurdum, aut bene dixisse, ⁊ male fuisse imitatū,⁊ effectualiter retrocessum,vt in.c.magne. de vo. ⁊.c.cum quidam.de apo.Ad hoc facit qō hȳ.xxxv.q. fraterni
98 tatis.vbi dr.†Qui aūt dictos gradus mrimonij negauerit,verbum Dei negat in eternū manere.Nam rñdeo q pastores anti qui tpe suo bñ fecerūt in extēdēdo dictā phibitionē vsq̄ ad septimum gradū,vt caritas ampliaret̄ inter homes, q̄ p affinitatez propagat̄,vt in arbore seq. Tpe aūt moderno caritas oblitioni tradita,⁊ pplexitas ex tpis diuturnitate remouet̄, cuz olim etas hominis esset longeuior ⁊ magis conseruatiua,nostra aūt est breuior ⁊ magis productiua, vt pz per exempla noui ⁊ veteris testamenti,non dz ergo reprehensibile iudicare ⁊c. vt in ca. non dz. ⁊ sic tolluntur predicta argu.qr vterq̄ suis temporibus bene fecit,⁊ sic nullus dr retrocedere, nec verbum Dei aliqualiter negare,qr intelligitur illud dictum sine rōne ⁊ per non habentem ptātem vt ibi declaratur. Hec autez moderatio quarti gradus
99 ꝫm Cal.pōt tripliciter suaderi,vz propter cōgruū,vtile,⁊ pp necessarium. Ad primū adducit similitudinē quatuor elementorū ⁊ humorū qui sunt in corpe humano,vt in.d.c.nō dz.†Ad ꝫm inducit,qr vt statim dicebam,vltra quartum gradum, lz re vera sit consanguinitas, cum illa nunq̄ tolli possit, tamen est cōiter tradita oblitioni,⁊ sic caritas inuenitur extincta, ⁊ ideo per affinitatem vtiliter suscitatur.xxxv.q.j.c.j.⁊.c. cum illud. quod erat fortissimum arg.⁊ ꝫrium vz de caritate.Ad tertium vz qō fuerit necessarium adduci perplexitatem predictam propter tēporis diuturnitatem ⁊ multitudinem personarum, vnde sequebatur q plerūq̄ legitime coniugati separabantur, ⁊ illegitime iuncti sic remanebant,cum scōm ipsum sit casus imaginabilis ⁊ possibilis quod quis habeat attinentiam vltra quartum graduz xxx.milia personarum.imaginando q quis habeat decē filios. quilibet illorum decem filios habeat, ⁊ sic centum persone in secundo gradu.Ille centuz persone habeant decez pro quaq̄, ⁊ sic mille in tertio gradu.Iste mille habeant decez pro quaq̄, ⁊ sic decem milia in quarto gradu.totidem possunt imaginari in
100 linea ascendentium, ⁊ totidem in linea transuersalium.†Ex quibus dubitatur vltimo nunquid ista prohibitio consanguinitatis habeat locum inter indeos.Respondeo,quod prima ⁊ secunda prohibitio scilicet de iure naturali ⁊ diuino habet locuz, cum ipsi subiecti sunt, vt in.c.quanto. ⁊ gaudemus. de diuort. Et ideo per ecclesiam ad id astringuntur.xxviij.q.i.sepe. ⁊ de inde.iudei.el.ij. Non ob.eo qō fortis sint.ij.q.i.multi.⁊.c.a no bis.ij.de sen.excō.qr q̄tum ad predicta iura nō sunt fortis,vt locis pāl.⁊ sic habes arborem consanguinitatis expeditam.

## ℂ Incipit arbor affinitatis.

### ❦ SVMMARIVM ❦

1 Affinitatis varia diffinitio.
2 Affinitas per fornicariam copulam contrahitur.
3 Affinitas secundum.ll. quoad quid non inducitur, nisi nuptie intercedant.
4 Statutum si dicat,q affines compromittere teneantur de quo affine intelligatur.
5 Affinitas qūo cum consanguinitate concurrat.
6 Affinitas nulla inter consanguineos viri ⁊ mulieris oritur. Vir ⁊ vxor affines non sunt sed affinitatis causa sunt.
7 Affinitas qūo cum publica honestate concurrat.
8 Affinitas qūo sine publica honestate sit.
9 Affinitas per pollutionem extraordinariam nō ꝫhitur.
10 Affinitas vt ꝫhatur sufficit emissio seminis viri in loco debito.
11 Affinitas ꝫhatur per copulam ēt cum inuita habitam.
12 Inhonestum grauare honestum non dz. Fornicatio illicita est quacūq̄ intentione sequatur.
13 Opera bona malorum in se bona sunt licet accepta non sint.
14 Affinitas vnde dicatur.
15 Affinitas est perpetuum matrimonij impedimentum. Uxore mortua vir aliquam de vxoris consanguinitate in vxorē recipere non potest.
16 Affinitas per mortem non tollitur.
17 Statutum q affines compromittere teneantur, an intelligatur de affinitate presenti vel preterita.
18 Cessante causa finali effectus cessat.
19 Mors omnia soluit.
20 Affinitatis genera quot sint ⁊ qūo cognoscantur. Persona addita persone per carnis copulam genus attinētie ⁊ non gradum mutat.
21 A consanguineis vxoris sicut a propꝛijs abstinendum est. Persona addita persone per carnis propagationem graduz ⁊ non genus mutat.
22 Affinitatis genera vltra primum non attenduntur.
23 Consanguinitatis prohibitio sicut intra quartum gradū restringitur,ita ⁊ affinitatis.
24 Affinitatis arbor qūo formetur.
25 Affinitatis arbor a quo inuenta.
26 Cognatio nulla est inter affines.
27 Affinitas ex consanguinitate mediante copula oritur. Affinitatis genera qūo cognoscantur.
28 Affinitatis gradus quibus regulis cognoscatur.
29 Pater ⁊ filius in matrem ⁊ filiam in vxorem accipiunt. Fratres duos sorores duas in vxorem accipiunt. Matrimonij prohibitio inter affines perpetua est.

# Rbor ista affinitatis per

octo questiones explicatur. Uz primo quid sit affinitas. Secundo vnde dicatur. Tertio an sit perpetuum impedimentum. Quarto quot sint genera affinitatis, ⁊ quomodo cognoscantur. Quinto qualiter formetur arbor.⁊ ibi tangitur quis eam adinuenit. Sexto quibus regulis cognoscantur affinitatis gradus. Septimo an inter ascendentes ⁊ descendentes sit perpetua prohibitio affinitatis. Octauo secundum Card. de facti questione, an relictus sororis possit contrahere cum relicta fratris.†Ad primum igitur respondeo q affinitas varie diffinitur secundum Azo.in summa.C.de nupt.vno modo. Alio modo diuerso secundum eundez in sum. Institu.de gradib. Alio etiam modo secundum Goffre. Hostien. in sum.in hoc titulo. Unde cum in omnibus rebus periculosa sit diffinitio.ff.de regul. iur. omnis diffinitio periculosissima est in tanta varietate. Pro intelligentia tamen omnes in vnum concordando dicendum est quod affinitas est proximitas seu attinentia ex copula proueniens, per quam consanguinei mulieris efficiuntur affines viri,⁊ econuerso. ⁊ est affinitas impedimentum matrimonij.eod.titu.non debet.vt dicetur infra. q.iij.et.iiij.⁊ hoc si est primi generis.secus si secundi vel vlterioris,vt infra dicetur,⁊ secundum Papiam affinitas dicitur proximitas seu propinquitas eorum qui prius fuerunt extranei. nō

minus tamen per hoc sequitur quin inter consanguineos possit
2 oriri affinitas,† cum ét per fornicariam copulam contrahatur
de eo qui cogn. consangui. discretionem. vbi glo. ꝛ c. penulti. ꝛ
fi. eo. titu. ꝛ hoc ſm canones, qui considerant vnionem carnis
3 per copulam.† sed ſm leges non videtur induci affinitas nisi in
terueneriint nuptie. ff. de gradib. non facile. §. affines. ꝛ §. scien-
dum. de quo dictum fuit in. d. c. discretionem. Est tamen dicen
dum q ét secundum leges respectu prohibendi matrimonij sur
git affinitas ét ex copula fornicaria. pro hoc gl. in. d. §. affines.
ꝛ argu. ff. de ritu nupt. ꝛ nihil. ꝛ l. adoptiuus. §. seruiles, sed quo
ad hereditates deferendas ꝛ tutelas, ſm gradum propinquita-
tis, vt insti. de bono. possess. §. sunt autem. ꝛ ne quis cogatur ad-
uersus affinem dicere testimonium. ff. de gradib. iurisconsultus.
in prin. ꝛ de testib. l. iij. non ꝯbitur affinitas sine nuptijs, vt. d. §.
sciendum. ꝛ §. affines. pro hoc nota Hostien. in sum. de affin. in
prin. ꝛ gñaliter vꝫ posse dici q quum queritur de affine quoad
oēm alium effectum preterqꝫ quoad prohibendum matrimoniū
requirunt nuptie, cum lex hoc expresse dicat, nec canon ꝯdicat
4 nisi respectu matrimonij,† ꝛ sic si statutum dicat, q affines co-
gantur compromittere vel quid simile, dz intelligi de affine me-
diantibus nuptijs, lz ét congrue posset distingui sicut dictum est
in computatione graduum consanguinitatis in arbore ꝓmo,
quest. ix. ꝛ x. ſ. q in foro ciuili requirantur nuptie, sed in foro ca
nonico non. ꝛ ex hoc qꝺ dixi ét ex fornicaria copula affinitatem
5 oriri,† infertur q quandoqꝫ concurrit affinitas cū consanguini
tate, nam si quis cognoscit consanguineam suaz, oritur affinitas,
adeo q consanguinei ipsorum propter hanc copulam efficiunt
affines mulieris ꝛ econuerso. eo. titu. quod super. ex quo enim
vir ꝛ mulier sunt vna caro per sanguinis commixtionem, ét illici
tam, non põt aliquis esse propinquus vni quin sit alteri. xxxv. q.
6 x. fraternitatis.† Inter consanguineos añt viri ꝛ mulieris nul-
la oritur affinitas. d. c. quod super his. vnde pater ꝛ filius cõtra
hunt cum matre ꝛ filia, ꝛ duo fratres cum duabus sororibus vt
ibi, vir autem ꝛ vxor seu qūocunqꝫ carnaliter coniuncti, non effi
ciuntur affines, sed sunt causa affinitatis, vt no. glo. ff. de ꝓcura.
l. sed ꝛ be. in prin. ꝛ not. ſ. de procurat. constitutis. alias si inter
eos oriretur affinitas, sequeretur q quis non posset contrahere
cum ea quam carnaliter cognouit, contra id qꝺ habetur de eo
qui dux. in matri. c. significasti. Item est rō quare non efficiant
affines, qz per copulam efficiuntur vna caro, de biga. debitum.
vnus añt ꝛ idez sibi non põt attinere, qz attinentia supponit plu
7 ralitatem personarum, vt in arbore proxima. q. viij.† Ex his vꝫ
quomodo concurrit affinitas cū consanguinitate, concurrit etiā
cum publica honestate, vt si quis cognoscit sponsam suam, nam
ex sponsalibus surgit publica honestas. ꝛ idem ex matrimonio
8 de presenti. de sponſ. ad audientiam. ꝛ c. vno. in. vj.† Quãdoqꝫ
tamē est affinitas sine publica honestate, vt si quis cognoscit nō
sponsam nec in vxorem acceptam, quandoqꝫ honestas publica
sine affinitate, vt si nondum cognouit sponsam. vnde si mortua
vxore tua velles per dispensationem contrahere cum eius ꝙsan
guinea, oportet vt fiat mentio de duplici impedimento. ſ. affini
tatis ꝛ publice honestatis, argu. de vſu pal. ex tuarum. de obser
uat. ieiun. c. fi. ꝛ c. j. ꝛ quod ibi no. tamen ſm Cald. rescriptum
non esset vitiosum, si modo faceret mentionem de matrimonio,
quod olim fuit consummatum cum consanguinea. naz eo tempore
declaratur vtrunqꝫ impedimentum affinitatis. ſ. ꝛ publice bone
statis, secus autem si solummodo impetraretur non obstante af
finitatis defecta, per argu. predicta, quod est not. Per premis
sa etiam infertur, q quandoqꝫ circa easdez personas plures cō
currunt attinentie, de quo in Specu. de consangui §. j. vbi po-
nuntur isti versus, Pate nepos frater, dixit puero sua mater. ve
rum dicebat, si quis scit soluere soluat. Quod quidem exemplū
oportet verificari per incestum verbi gratia si P. ex matre sua
suscepit filiaz, puta B. ꝛ sic est frater ꝛ pater B. deinde Ber
ta crescente ex ea ét suscepit filium, puta P. qui est filius Ber
te, que quidem B. dixit hec verba erga dictum P. filiuz suū,
q. ſ. iste P. erat sibi filius, erat frater, ꝛ erat nepos. in hoc exē
plo declarando B. glo. mirabiliter vexatus est, nesciens inue-
nire qūo posset declarare ꝛ problema istud soluere, vnde scribit
quodammodo miraculose sibi in somnis reuelatū propter quas
dam orationes a se dictas q problema predictum poterat veri-
ficari per adoptionem, vz, q si frater ex sorore suscipiat filium,
iste filius ad ipsam sororem eandemqꝫ matrem, sine dubio filius
ꝛ item nepos, qz filius fratris eius, sed frater eius mulieris esse
non põt ſm eum, nisi per adoptionem, qz pater istorum fratris
ꝛ sororis adoptauerat hunc puerum in filium. Hec sua exem-
plificatio ꝛ difficultas, ꝛ in somnis reuelatio cum reuerentia nō
est vera, qz problema loquitur de attinentia naturali, non autez
legali. Exemplu z ergo ita declara, iste quidē P. est filius B.
Item est frater B. qz P. qui Bertam genuerat ex communi
matre, genuit ét hunc puerum ex B. ꝛ sic ét B. ꝛ iste puer eius
filius geniti sunt ex eodem patre, ꝛ sic sunt fratres. Vltro iste
puer est nepos B. qz genitus ex fratre suo. ꝛ sic solutio proble-
matis pz. Item dictus P. similiter est pater ꝛ auus ꝛ auunculus
ipsius pueri, quod pz per se. Preter predicta etiaz pz ex eo
quod dictum est, affinitatem ex copula insurgere, q inter virgi
nes non põt induci affinitas, nisi ergo vir ꝛ mulier carnali copu
la misceantur, quanrūcunqꝫ sit matrimonium celebratum nō suf
ficit ad propositum. xxvij. q. ij. lex diuina. de eo qui cogno. con-
9 sang. fraternitati.† Et per ibi notata ét declaratur q requirit
vera copula, vnde pollutio extraordinaria quecunqꝫ sit, vel ex
tra naturam vel contra naturam cum masculo vel femina in lo-
co non inducit affinitatem. xxxv. q. iij. extraordinaria. de sponſ.
c. vno. in. vj. per archi. Ad idez. xxxij. q. vij. adulterij. ꝛ c. vsus
nec hic pro nunc disputatur quod tangitur in. d. c. fraternitatis
10 † nūquid. ſ. requiratur sanguinis cōmixtio vtriusqꝫ vel sufficiat
alterius tantum, nam ſm communem opinionez sufficit emissio
11 seminis viri in loco debito.† ex ipsa igitur vera copula indistin-
cte surgit affinitas, ét si sit habita cum inuita. de eo qui cogno.
consangui. discretionem. ꝛ idem si cum ignorante ꝛ dormiente,
vt ibi not. ꝛ argu. xv. q. i. inebriarunt, ꝛ in sum. per Hostien. de
sponſ. §. qualiter. Non ob. autem supradictis, q commistio ha-
bita cum inuita, tanquam res inhonesta, non debeat causare af-
finitatem que est honesta, ꝛ per leges, ꝛ canones, immo ét natu
12 raliter approbata,† cum inhonestum non debeat generare ho-
nestum. xvj. q. j. legi. ꝛ argu. j. q. j. cum Paulus. Quod autem
fornicatio seu illicita copula sit damnata, quacunqꝫ intentione
sequuta sit probatur. xxxij. q. ix. nemo blandiatur, nam respon-
deo q illicita copula non est que operetur principaliter istā affi
nitatem, sed commistio sanguinis, que necessario sequitur ex co
pula siue licita siue illicita inducit hoc, nam quicunqꝫ sit instin-
13 ctus ſm naturam suam operantur,† vnde bona opera malorum
necessario in se bona sunt, lz accepta non sint, vt habetur in. c. ve
stra. de cohabit. ꝛ in. c. firmiter. de sum. trini. Cum ergo affini-
tas inducatur ex sanguinis commistione ad istum effectum in-
ducendum, nihil aliud queri oportet, qꝫ si proponatur cōmistio
sanguinis vel ne.
14 ¶ Item quero secundo principaliter † vnde dicatur affinitas.
Respondeo qz vna cognatio ad alterius finem accedunt. ff. de
gradib. non facile. §. affines. quod est dicere, qz duo cognatiōis
diuerse appropinquantur ꝛ iunguntur per affinitatem, que sur-
git ex copula prout. ſ. ꝛ cōponitur affinis ex ad ꝛ finis, ꝛ d. mu-
tatur in f. secundum derivatores, ꝛ B. glo.
15 ¶† Quero tertio in eo quod dixi. ſ. q. j. in princi. q affinitas est
impedimentum matrimonij, an sit perpetuum? Respondeo q
sic, adeo q etiam mortua vxore vir non potest accipere aliquam
de consanguinitate ipsius vxoris vsqꝫ ad quartum graduz, ꝛ ecō
uerso. xxxv. q. x. fraternitatis. ꝛ in. c. non debet. de consangui.
7 requiratur citatio? Videtur quod non, † qꝛ non requiritur citatio, vt infra questione proxima. In ꝓrium, qꝛ ipsi principaliter leduntur. ergo debent citari. ff. de adoptio. l. nam ita diuus. dicit bar. aut fit viuente patre, tunc non sunt citandi, qꝛ pater põt filium priuare successione proijciendo omnia bona sua in mari. vt glo. C. de inoffic. dona. l. i. Idem dicitur si pater viuens in testamento ordinet q vult filium suum legitimum esse in testamento successorem, ꝛ postea eo mortuo impetret legitimationẽ filij. in aucten. quibus modis natu. effici. sui. §. si vero naturalium. Aut fit mortuo patre, qꝛ hoc non disposuit, tunc requiritur eorum citatio, qꝛ frater naturalis non potuit eis preiudicare. Potest dici quod nullo casu requiritur citatio eorũ, qꝛ cum non possit fieri hec legitimatio, nisi fiat mentio legitimorum, ꝛ addatur clausula, non obstante quod supersint legitimi, videtur princeps de plenitudine potestatis velle eis preiudicare, quamuis citati nõ fuerint, quod facere põt. vt gl. extra de sta. mona. cum ad monasterium. Ideo in rescripto ltimatio. addi solet cla, per hoc tamẽ nullum volumus fieri preiudicium bis qui ab inte. debent decedere de cuius clausule intellectu dicã. j. §. proxi. q. vij. Sed tene cum Barto. qꝛ non videtur velle eis preiudicare, nisi hoc exprimatur. in. §. proximo. q. iiij.

**Octauo queritur an in hac legi,**
8 timatione † requiratur actio agnatorum, ꝛ bar. ff. de nata. restit. l. ij. ꝛ de libe. ꝛ post bu. l. gallus. §. quid si tantum, tꝫ quod non, qꝛ pater potest omnia sua bona proijcere in mari. vt supra proxima questione dixi. Item qꝛ sufficit consensus ipsius patris qui principaliter leditꝛ, dicta. l. ij. ꝛ l. fina. eodem titu. Idem tenet bal. in prima constitutione. C. ꝛ Joan. andr. extra qui filij sint legiti. c. per venerabilem. versicu. insuper. In contrariꝫ tenet Bar ti. filꝛ. vt refert Anto. de butri. in. d. c. per venerabilez. pro quo facit. l. nam ita diuus. ff. de adopt. Is enim qui propter hanc legitimationem spe successisset priuatur, citari debet, dicta. l. secunda. ꝛ l. penulti. ꝛ l. fina. C. eodem titulo. ꝛ si fieret ignorante eo cui preiudiciuꝫ affertur, non valeret, ꝛ deberet renocari. ff. de in re. annul. aur. l. diuus. Jacob. de areti. in dicta. l. nam ita diuus. tangens an impetratio rescripti requirat citationem patris distinguit, aut rescriptum ad lites, tunc requirit citationez patris, vt nota. de iudi. l. obseruandum. Salua est enim except. contra rescriptum. C. si contra ius vel vti. public. l. prescript. ꝛ de dilato. l. si quando. aut ad aliquod obtinendum, ꝛ tunc, aut nullum ledit, vel parum, tunc non citatur. C. de precib. imperato. offeren. l. quoties. ꝛ ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. si quis a princi. Aut multum ledit aliũ, ꝛ tunc citandus est is qui principaliꝫ leditur. ff. de nata. resti. l. ij. ꝛ de adopt. l. nam ita diuus. Alij verò
9 sunt citandi in eo. ti. l. cum adoptio. † Sic ergo ad propositũ nostrum infertur q cũ hec legitimatio faciat magnũ preiudicium, qꝛ hereditatem venientem ab intestato aufert, distingui dꝫ, aut vixit pater, vel ẽt si mortuus esset dixit in testõ quod volebat euꝫ esse legitimum, tunc qꝛ pater viuens principaliter leditur, alij nõ citãtur. Et qꝛ eo mortuo in casu predicto nõ defertur hereditas agnatis sed solũ ipsi filio instituto, agnati nõ citantur, qꝛ nõ principaliter leduntur, maxime qꝛ hec ltimatio est facta per patreꝫ, qui potuit ẽt eis inuitis ltimare, ergo nõ sunt citandi. ff. mand. l. ro fiat mortuo patre postꝗ agnatis delata est hereditas, qꝛ pater filium nõ instituit, ꝛ tunc citandi sunt hi ad quos hereditas defertur, qꝛ principaliter leduntur. vt §. proxi. q. iiij. vbi vide. Vi si forte hoc casu princeps sciens hereditatẽ agnatis delataꝫ rescribat cuꝫ clausula non obstante, tunc enim non citantur. vt §. qõne proxi. hoc tñ intelligo, nisi addatur clausula, de qua. j. qõne proxi. † Sed vꝛ ẽt si principaliter nõ leditur sit citandus. ff. de nata. resti. l. nec filie. dic ibi loquitur in liberto qui petit se restitui patre mortuo, vt ibi per gl. Aduerte tñ q in illo titulo de nata. resti. nõ est sola rõ q in restõne liberti requiratur consensus patroni, qꝛ ei preiudicetur. Nam ꝛ in petendo ius annulloruꝫ aut reorum requiritur scientia, ꝛ consensus patroni. vt. d. l. diuus. ꝛ tamen nihil preiudicat patrono, eod. titu. l. penult. in fi. Sed est principalis ratio reuerentia que debetur patrono. ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. patronum. hic aũt nullam reuerentiam dꝫ pater filijs, aut agnatis, nec est filius naturalis, ideo ille. ll. non bene allegantur ad propositum.

11 **Nono queritur** † an in hac legitimatione requiratur insertio cause. vꝛ q sic, qꝛ sapit nãm dispensationis, que requirit causam. j. qõne. vij. §. nisi rigor. allꝛ. c. seq. Et ita no. gl. quasi in terminis nostris. ff. de offi. preto. l. barbarius. in fi. ꝛ ex quib. cau. infa. irro. l. antepe. In ꝓrium videtur tex. de concess. prebend. c. cum nostris. §. fi. vbi dicitur q indulgentia principis nullam requirit causam. Dicunt quidaꝫ aut princeps legitimat ꝛ nulla requirit causa, nisi de honestate. vij. q. iij. de aliorum, aut subditus, tunc indistincte causa requiritur. Ego puto q vbi princeps ltimat nõ requiritur cã. vt in Spe. de legi. §. nunc breuiter. ver. ꝛ no. ꝛ satis colligitur ex l. i. C. de sen. pas. Et ꝗuis gl. in. l. barbarius ꝛ in. d. §. antepe. dicat q princeps non restrinxit sine cã. Intelligo iustam causaꝫ esse voluntatem principis. vt gl. ff. de penis. l. relegati. pꝫ enim, qꝛ in aucten. quibus modis natu. effi. sui. §. illud datur forma legitimationis, ꝛ nulla fit mentio de causa, vbi vero subditus legitimat distinguo, aut est mera restõ sine dispensatione, puta ltimat distinctio naturalium in casibus, tunc non requiritur causa, qꝛ non videtur a lege hoc exigi, vt §. dixi aut est legitimatio spuriorũ, vel aliorum natorum ex damnato coitu, vel ẽt naturalium in casu in quo extant legitimi, vel eorũ mater possit esse vxor qui nõ potest ltimari, nisi fiat cũ dispensatione. vt §. q. iij. ꝛ iiij. tunc requiritur iusta cã. vt. d. §. nisi rigor. ꝛ in Spe. de legi. §. ꝗaliter. ꝛ §. qualiter. in princi. nisi habeat auctoritatẽ a principe, quod nõ subsistẽte causa possit spurios legitimare, ꝛ legibus derogare, quod no. pro forma priuilegij.

12 **Decimo** queritur † habens prãtem ltimandi ꝛ derogadi legibus, sine causa ltimauit ꝛ ꝺrogauit, nec inseruit ltimationem esse factã sine cã, an valeat, vꝛ q nõ, qꝛ cã nõ presumitur, nisi appareat. vt gl. ff. de ver. ob. l. sciendum. nec ẽt presumitur dispensationẽ factam sine cã, nisi hoc exprimatur gl. de ꝗcess. preben. c. literis. ꝛ de scismaticis. c. fraternitati. In ꝓriũ, qꝛ nõ vꝛ elegisse viam ad impugnandum actum suum. ff. de nulli. testa. l. iij. ꝛ hoc vꝛ verius.

**Undecimo queritur** dictuꝫ est. §. §. iiij. q. i. qõ spurij ꝛ alij nati ex dãnato coitu possint ltimari, addendo clausulã, nõ obstante ꝛc.
13 † Nunc queritur, an illa clausula sit necessaria. gl. dicit vbiꝗ q sic, vt §. dixi. Sed videtur q non, qꝛ rescripta contra ius elicita valent, dummodo ex certa scientia emanauerint. vt glo. C. si ꝓius vel vti. pub. l. fina. ꝛ extra de rescriptis. c. nonnulli. ꝛ Joan. an. extra de consti. c. i. lib. vi. ꝛ est tex. de excus. tuto. Lide vult. §. vltimo. ff. de re iudi. l. quidam consulebat glo. in auc. qui. modo natu. effic. sui. §. vlti. dicit imperatoꝛ ademit sibi prãtẽ legitimãdi spurios vt ibi. Ideo non vꝫ legitimatio sine clausula derogatoria. ff. de leg. iij. l. si quis in prin. et hoc tenendo cum quo transeunt omnes doc. est clara responsio ad predicta, qꝛ illa loquuntur quando non ademerat sibi potestatẽ contrarium statuendi.
¶ Et ex hoc infertur q cuꝫ princeps legitimat naturales in casu quo legitimatio fieri põt per matrimonium vel alij supersint legitimi, ꝗuis his casibus iure communi non sit concessa legitimatio. vt. §. q. iij. ꝛ iiij. tunc qꝛ princeps nõ ademit si potestatem legitimandi eos, non requiritur clausula, non obstante, sed sufficit principi constare, quod eorum mater possit esse vxor. Vel
14 quod alij supersint legiti. † Sed in his obstat. glo. in. d. l. fina. C. si contra ius vel vti. pub. ꝛ de test. auc. inter liberos. de precib. imperato. offeren. l. scripta. de regu. iur. Lacta. §. i. ꝛ. d. l. si quis a princip. vbi semper in rescriptis, contra ius requiritur causa. et ita dicit Barto. secundum Cy. in. d. l. oẽs populi. Sed dic aliqñ impetratio rescripti iure communi est vtetia, tunc requiritur clausula, non obstante, vt. C. si nup. ex rescript. petan. l. i. Et ita intelligitur, quod nõ põt filios spurios legitimare. nisi cum clausula,

clausula,aut non est vetita,est tamen contra ius,tunc distingue, aut nullum ledit,vel parum ledit,z tunc vz sine clausula,dūmodo princeps sciat esse iuri contrarium, aut multum ledit alium, tunc aut principaliter eum ledit,tunc requiritur clausula,z sic intelligitur casus quod alijs existentibus legitimis, quibus iaz patre mortuo est debita hereditas fit legitimatio. aut alium ledit non principaliter,sed in consequentiaz,tunc non requiritur clausula,z iste est casus, qz alijs existentibus legitimis pater impetrat legitimationem,facit quod dixi ꝑm Jaco.de are.s.q.viij.z probatur hec distinctio.C.de preci.imper.offeren.l. nec damnosa.l.rescripta.iuncta glo.z adde hic.s.q.iij.

15 ¶ Duodecimo queritur qualiter † debeat esse ista clausula specialis,non obstante tali lege. Pone exemplum in.l.j.C. de naturali.libe.quānis ibi glo.contradicat.z.l.ij. C.de nup.z in dānosis rescriptis fisco.vt.C.de preci.impera.offeren.l. nec damnosa.in quibus requiritur clausula specialis, non obstante.l.nec damnosa.vt ibi dicit Bal.in.l.nec rescripta.eo.titu. z ita est in legitimatione spuriorum quibus est specialiter derogatum legitimationis beneficium.in auc.quibus mod.natu.effi.sui.§.vlti. Ideo requiritur clausula specialis,non obstātibus illis legibus vt ibi dicit glo.z C.de incest.nupt.auctē.ex complexu. aut tale rescriptum est prohibitum in genere tanquam iuri contrariū.C. de preci.impera.offerend.l.rescripta.z.C. si contra ius vel vtilitatem publi.l.fi.tunc sufficit clausula generalis, non obstante.l. aliqua.vt fic genus deroget generi z species speciei, de leg.ij.l. legatorum.§.qui plures. Et in hoc concordat Bar.in.d.l.fina. Itaqꝫ cum legitimatio naturalium, in casu quo eorum mater possit esse vxor patris vel extent legitimi non sit expresse vel specialiter prohibita,sed qz non reperitur concessa dicitur esse iuri cōtraria tanqꝫ legitimatio quelibet in genere intelligatur prohibita nisi quatenus reperitur prohibita sufficit in tali legitimatione clausula generalis,non obstante lege aliqua.

16 ¶ Tertiodecimo queritur generaliter, † an hec legitimatio requirat scripturam? Et videtur quod non.C.de probatio.l.cū res z de fide instru.l.emancipatos. Et qz concessio pape iuri cōmuni non requirit scripturaz.vt no.Archid.in proemio.vj. Et ita vidi consultum per clarissimum doct.domi. Pau. de castro.p quo facit tex.in auc.de legi.§.omnem.z quod no. doct.in auct. qui semel.C.quomodo z quando iudex. Pro hoc qz dispēsatio potest probari per testes.vt glo.extra de scismatis.c.fraternitatis. Item qz ex solo verbo principis fit restitutio.C. de sent.pas. l.fi. ¶ Ego puto contrarium per regulam.C.de mand.princip. l.prima.z glo.C.de iure fi.prohibitum.z glos. in proemio.vi.in fi.z est tex.C.de diuer.rescrip.l.sacri affatus. Itē in casu nostro expressum est quod legitimatio requirit scripturam, sine eniz sit legitimatio naturalium in casibus a iure permissis debet fieri per rescriptum princi.in auc.quibus mod.natura.effici. sui.§.illud circa finem ibi. Hoc agit per nostrum rescriptuz, in quo clarum est ex vi vocabuli requiritur scriptura, z probatur.ff.de excusa.tuto.l.idem vult.§. fina. sive sit legitimatio naturalium in casibus a iure non concessis, vel spuriorum. vt supra questione proxi.in fi.tunc enim,qz legitimatio talium est contra ius, z ibi potius dicitur priuilegium qꝫ rescriptum.vt glo. extra de constitu.c.primo.lib.vi.Et sic non fit sine scriptura. extra de priuilegijs.c.pozro.z glo.de censi.c.j.lib.vj.

17 ¶ Quartodecimo queritur reperitur † in instrumento legitimationis scriptum nomen patris,z non est scriptum nomē matris, an valeat legitimatio? videtur quod sic,qz nō reperitur iure cautum quod exigatur nomen matris. ergo ꝛc. argumen.ff.de probatio.l.ab ea patre. Item huiusmodi qualitatum expressio non videtur desiderari prout per Joan.and.in nouella in capit.primo.de fil.presbyte. Item nec moribus,nec ratione, nec equitate conuenit vt peccata que sunt occulta ab alio non sine eius infamia,z scandalo debeant detegi.ff.de cōditio.ob tur.cau.l.iij. §.penultimo.z fi. Item constat spurium satis demonstratū esse per duo confinia,scilicet per nomen proprium,z per nomen patris.ff.de censi.l.forma. ergo frustra additur alia demonstratio .ff.de dote prelega.l.i.in fi.nec refert quonis modo certificatus .ff.si cer.pet.l.certum.z.C.de instit.z substit.l.testamentū. Et ita vidi ꝙsiliū dñi Raphaelis Fulgo.z domi. Bonofr.de perusio. Sed dubium vī qō sit natus ex tali matre,quā si princeps sciuisset non dispensasset. Quid.n.si erat monacha,vel consobrina patris,z sic filius est spurius,vel incestuosus. vnde dz carere impe

18 tratione,† qm̄ iudicis ꝙscia pepulit tacendo nomen matris.ff.de in ius voc.l.sed si hac.§.patronū.z de nata.restit.l.j.z.C.de his qui a non do.ma.l.fi.extra de rescrip.c.cū literis. Sed dic hoc verum si hoc probet. In dubio aūt ꝙuis sit omissum nomen matris credendum est qꝫ sit talis,cuz qua verisimiliter dispensasset, ēt si sciuisset,qz nemo presumitur tacere id quod erat notoriū ad valorem actus sui,arg.ff.de mili.testa.l.iij. z ita consulit domi. Pau.de cast. qui addit. Idem ēt si sciuisset expressum nomen matris falso,cū esset natus ex alia eiusdem ꝙditionis, ex quo de corpore ipsius spurij ꝙstat.l.demonstratio est falsa.de ꝙdi.z demon.z.l.cū ita legatū.circa finē. Ex his pz qꝫ si probaret ex tali natus,qꝫ si sciuisset non fuisset dispensatus non valebit legitimatio cum ꝓpter honestatez illius mulieris dicatur in dispensatione,non obstante qō non sit expressum nomen matris qō pro expresso habere volumus,quod no.pro forma priuilegij.

19 ¶ Quintodecimo queritī † qz dictū que requirant, cuz pī hanc legiti.impetret. Naz queritī q requirant qn̄ mortuo patre filius vult legitimationē impetrare, dic qō quinqꝫ principaliter requirā tur. ¶ Primo quod non extent filij legi.C. de natura.lib.auc. itē sive,z in corpore vnde sumit,qui. mo. nat.effi. legi §.is vero qui.in versi.solū mō. ¶ Scdo qō pater scripsit in testamēto qꝫ vult talez eius filiū,vel filios legit.successuros ei,vt in prealleg. iure. ¶ Tertio qꝫ tpe mortis patris z confectionis testi non potuerit talium naturalium mater esse vxor testatoris, qō dic,vt.s. iij.z.vij.q.z probat in illo.§.si vero iuncta gl. in versi.casuum. ¶ Quarto qꝫ mortuo patre filius porrigat preces prin.In quibus contineat patris testm̄. ¶ Quinto qō hereditatē patris acceptet,vt dictis iuribus.alī. nullum pōt beneficiū ex testamēto ꝙsequi.ff.de acqui.here.l.quesitū,facit.C.de omni agro deser.l. heredes.lib.xi.vbi ergo alterum eorū deserit non poterit filius mortuo patre legitimari,nisi fiat dispensatio, quā pōt princeps

20 facere,vel ēt subditus cui specialiter sit ꝙcessuz.vt.s.q.iu. † sunt ēt alia que generaliter in hac legitimatiōe requirant, qō dic.vt .s.in precedentibus. Sed vī qō postꝫ scripsit in testamento qō volebat eius filium sibi esse successorem, tunc bz locum, qō dixi .s.aut simplr appellauit eum filiū,z non dixit naturalem, z tunc bz locum.§.ad hoc.ita soluit gl.in.d.§.si vero is qui. Hec solutio non vz,qz nec in.§.si vero naturaliuz. vbi est similis tex. fecit pater mentionē de filio naturali. Ideo dic qꝫ in casu nostro non possit esse vxor eius mater. Ideo ex hoc solo qō pater eum nominet filiuz in testamēto non legitimat. Sed in.§.ad hec potuit esse vxor,ideo per illam noiationē presumit esse filius legit.vt dixi.s.de legiti.per presump.ma.§.j.q.j.z.ij. Aliam solutionē ponit Bar.dicens qꝫ ibi verba testatoris fuerunt prolata simpliciter,z principaliter propter se.vt dixi.s.d.§.ij.q.vj.sed in casu nostro verba fuerunt prolata principaliter propter aliud, sed non procedit,qō ēt si in casu nostro propter se principaliter dixisset illum filiū esse legitimum,non tamen esset legitimus, qz eius mater non posset esse vxor,quod requiritur.vt.d.§.ad hoc.

## SVMMARIVM

1 Legitimatio que per rescriptum fit qualem habeat effectum.
2 Legitimatio que fit per rescriptum an retrotrahat, z quādo.7.
3 Vitium proueniēs ex origine difficilius deletur qꝫ ex accidēti.
4 Legitimati per rescriptum an sint vere vel ficte legitimati.
5 Princeps quomodo preterita mutet.
6 Legitimatus a principe an sit vere legitimus quo ad omnia.
8 Citatio quomodo procedat in legitimatione rescriptali.
9 Habilitatio ad succedendum facta post mortē eius de cuius bereditate agitur nil prodest.
10 Clausula nolumus qꝫ venientibus ab intestato preiudicium generetur in legitimatione posita quid operetur. 11.
12 Statutum de naturalibus z legitimis an comprehendat legitimatos per rescriptum an secus.
13 Legitimatus an excludat substitutum sub conditione si decesserit sine liberis.
14 Legitimatus per rescriptum nunquid agnascatur omnibus patris agnatis.
15 Legitimatio facta p principē nō inserta cā an preiudicet alicui.
16 Legitimatus post testm̄ prīs in quo est ꝑteritus an illud rūpat.
17 Legitimatus in defectum legitimorum superuenientibus legitimis cum eis succedat.
18 Legitimati per rescriptum nunquid succedant in feudum.
18 Legitimatus per imperatorem vtrum in bonis positis in terris ecclesie succedat.
20 Legitimatus aut restitutus soluz ea potest super quibus habuit posse legitimans aut restituens.
21 Testamenti ius est indiuisibile.

¶ De legitimationis per rescriptum effectu.

6 **Eptimo** videndum est quid sit legitimationis effectus.

1 **Primo queritur** † an hec legitimatio sit tanquaz odiosa stricte interpretanda vel tanquam fauorabilis extendenda ? Et videtur q̃ sit restringenda, qz rescripta restringuntur. ff. de offi. presi. l. sepe. extra. de rescrip. c. causam. In contrarium, qz est beneficium principis, ergo latissime interpretari dz. ff. de consti. prin. l. fin. extra de donatio. c. dilectus. dic q̃ duplex est legitimatio. Una que habilitat ius ad personam. Alia que personam ad ius, vt supra in versi. iij. premit. Si igitur fiat habilitatio iuris ad personam, vt qz dispensatur cuz aliquo, vt quãuis sit spurius nihilominus possit hereditatez patris obtinere, hec nõ est legitimatio, sed dispensatio, recusatio iuris cõmunis, z sic restringende. ff. de vulg. z pupil. l. ex facto. extra de consang. z affini. c. delicto. z sic vno casu concessa non trahitur ad aliuz. ff. de legibus. l. quod vero. extra de fil. presby. c. ij. lib. vj. z Institu. de legi. ¶. posteriori modo. Si vero fiet habilitatio persone ad ius, vt qz restituitur quis antiquis natalibus, hec est propie legitimatio, in qua distingue, aut per eum relaxatur iuris communis solennitas, vt qz legitimatur spurius, aut ẽt naturalis in casibus a iure non permissis, vt supra. ¶. proxi. q. iij. z. q. vij. tunc restringitur. C. de inofficioso testa. l. si quando, qz est quedaz dispẽsatio. vt dictum est, aut non relaxatur iuris solennitas, vt qz legitimatur naturalis a iure permissus, tunc est fauorabilis z large interpretanda, qz neminem principaliter ledit, sit enim semper cum consensu patris ad quem principaliter lesio pertinet, ita loquitur illa. l. fi. Est igitur differentia inter indulgentiam que est propie dispensatio, z inter restitutionem que est propie legitimatio cum illa restringatur, hec extendatur. C. de sen. paf. l. ij. z no. Jac. bu. z Bald. in. l. ij. C. de nata. resti. Ad contrarium respondet quod ibi loquitur de rescripto ad lites.

2 ¶ Secundo queritur † an hec legitimatio trabatur retro. videtur qõ sic qz est quedam natalium restitutio. in auc. qui. mo. na. effi. sui. ¶. illud versi. sicut enim sunt modi, sed illa retrotrabitur. ff. de nata. restit. l. interdum. in fi. z. l. fi. in fi. eo. tit. z. C. de sent. paf. igitur. Et ꝛ Bar. ff. de libe. z posthu. l. gallus. ¶. quid si tantum. Pro quo facit, qz equiparatur postliminio. ff. de iniust. tes. l. si quis filie. ¶. quatenus qõ trahitur retro. ff. de capt. l. retro. z videtur text. de hoc. ff. de ritu nupt. l. qua in prouincia. ¶. diuus. facit de edil. edic. l. quid ita. z in auc. qui. mod. natu. effic. sui. ¶. reliqui. In contrarium est Bal. C. de nata. resti. l. ij. z est tex. in d. l. illud ibi, z legitimas nupt. de cetero habere. z in fi. illius. ¶. iuncta gl. super verbo, ex hoc expressius, in auct. qui. mo. na. effici. legit. ¶. liceat. ibi exinde, z hoc puto verius, verum est tñ q̃ quando pater dixit in testõ q̃ vult eius filium esse legitimũ successorem, vt ¶. ¶. proxi. tunc legitimatio facta post mortẽ patris trahitur retro ad ipsius testm̃, ita vt tẽpore mortis censeatur ei data hereditas. in auc. qui. mo. na. effi. legi. ¶. si vero naturalibus,

3 z ibi gl. super verbo recipientibus. † Sed non est mirũ si ibi retrotrabitur, qz non est propie legitimatio, sed legitima. facte cõfirmatio, vt ibi gl. Ad ꝓmum rñdeo. Ad primum, z dico q̃ non est per omnia similis restitutioni seruoꝝ. Nam difficilius deleꝫ vitium proueniens ex origine, vt hic q̃ vitium seruitutis proueniens ex accidenti. Et ita respondeo ad. l. j. de sent. paf. vbi est vitiũ criminis qõ facilius deleꝫ, qz non prouenit a natura, sed ex accidenti, ita ẽt intelligitur. l. quod ita. vbi est vitium accidentale, banc responsionem ponit gl. extra de filijs presbyterorũ. c. j. Ad. l. diuus. dic q̃ ibi parentum ignorantia efficit, q̃ in filiorum origine non fuit delictum. vel dic q̃ ab initio nati sunt legitimi. vt ¶. ¶. ij. Ad. ¶. reliqui dic q̃ bz cõmunem successionem supple in futurũ, non vt ex retro intellige, nisi princeps exprimat quod vult banc legitimationem retrotrabi, puta qz dicit q̃ vult perinde haberi, ac si ab initio legitimati essent, quo casu quem effectũ habeat hec retrotractio, dicam. ¶. q. proxi. z seq.

4 ¶ Tertio queritꝫ † an legitimati p rescriptum sint vere vel ficte legitimati, vñ qõ ficte, qz vere legitimus est is quẽ nuptie demonstrant. ff. de his q sunt sui vel alie. iu. l. filiũ. in auc. quib. mo. na. effi. sui. ¶. legitimi. Sed hic non sunt facte nuptie. ergo ꝛc. Pro hoc tex. in auc. eo. ti. ¶. i. vbi dicit q̃ aliud est esse legitimi, aliud ex postfacto fieri, facit gl. ff. de sta. ho. l. cũ legitime. z ad munic. l. j. p hoc tex. in corpore auc. ¶. gñaliter. ibi per aliaz q̃libet imaginationẽ. z in. ¶. filiũ. ibi velut quadã machinatione cog. z glo. in auc. colla. ij. de incest. nup. ¶. si vero. ibi pro legitimis hñtur.

Itẽ legitimatus p principẽ non est legitimus quo ad sacros or. vt gl. x. di. c. i. z eadẽ di. c. puenit. Jõ non est vere legitimus, qz sic esset legitimus quo ad oẽs. In ꝓriũ est tex. in auc. q. mo. nat. effi. sui. ¶. liceat ver. sit igitꝫ licentia. ibi nihil a legitimis differentes. z q. mo. na. effi. sui. ¶. illud vero. Itẽ esse legitimus vel nõ eẽ est iuris z non facti. insti. de nup. in prin. z in auc. ꝓxi. allega. in. ¶. vero. iõ ius sup hoc disponens inducit veritatẽ non fictionẽ, vel dicit Bar. ppie in his terminis in. l. is q̃ p emptore. de vsu ca. in numero fictio. inductiue. Idẽ ipse dicit in. l. si maritus. in fi. ff. de adulte. facit. ff. de libe. z posth. l. filio quẽ. ó bo. pos. ꝓta. l. non putauit. ¶. si qs emancipatũ. z de acq. rerũ do. l. ea q̃ ciuili

5 ter. z. C. si man. ita fue. ali. l. ij. z. iij. † Sed princeps est lex aiata in terris. in auc. de ꝙsuli. ¶. i. igitꝫ legitimatus a principe est vere legitimus tanq̃ a iure ci. legitimus factus sit. Solue aut est legitimatio q̃ trahitꝫ retro, vt ¶. q. ꝓxi. in fi. z tunc inspici debẽt tẽpora duo. Primus est tps ante legitimationẽ, z eo tpe reputat ficte esse legitimus non vere, qz cũ illa fictio disponat sup preterito, qz fingit illum fuisse legitimũ q vere fuit legitimus, nõ põt princeps mutare presumptionẽ, nisi in fictione. ff. de captiuis. l. in bello. ¶. facte. nã hoc solo priuaꝫ deus, qz non põt facere preterita non fuisse, ẽm pbm, vt not. glo. de probat. l. ij. Scõm tẽpus est post legitima. Et tũc distinguitꝫ, aut ꝙfert oia iura legitimorum, vt qz restituit personã antiquis natalibus, tunc ex hoc tempore incipit esse vere legitimus, aut ꝙfert solũ quedã iura, puta dispensatꝫ cum eo, vt possit patri succedere, tunc ista non est ppie legitimatio, vt. ¶. q. i. z sic non est ficte legitimatus. Ita distinguit bar. in simili in. d. l. is qui pro emptore, facit qz oblatio curie, qz non bz oia iura legitimorum, qui ceteris non agnoscit, non est vere legitimus sed ficte. C. de natu. lib. l. qui idem dico in

6 legitimatione que non trahitꝫ retro, qz inspicitur solũ tps post legitimationẽ, vt nũc dixi. Hec vera cũ princeps legitimat. † Idẽ si per habentẽ ab eo. C. de offic. preto. l. ij. z de veteri iure enu. l. ij. ¶. i. z extra q filij sint legiti. c. ad aures. in fi. Ad ꝓria pr̃sio, solũ vñ obstare q̃ legitimatus a principe non est legitimus quo ad ecclesiã. ergo non est vere legitimus quo ad oia. Sed respõdeo aliud est esse legitimatus iure ciuili, aliud iure canonico, z ita legitimatus a principe est legitimus quo ad omnia que iure ciuili deferunt. Sed quo ad ea que a iure canonico non est legitimus qz princeps non poterit super eis dispensare. Ita z eꝫ legitimatus a papa, licet sit legitimus iure canonico, tamen non poterit esse decurio in territorio principis, quia papa super hoc non habuit potestatem.

7 ¶ Quarto queritꝫ † qñ hec legitimatio retrotrabitur, vt ¶. q. ij. an retrotrabatur in preiudiciuz alterius Bar. de libe. z posth. in. l. gallus. ¶. quid si tantum. distinguit aut pater vult z non est dubium qõ legitimatus preferꝫ omnibus in successione patris, qz tunc nemini fit preiudicium, aut pater est mortuus, tunc aut pater nolnit eum esse heredem in testamento, z tunc filius impetrat legitimatio. z tunc idẽ, qz preiudicat agnatis ẽt si adiuuissent hereditatem, qz de iure adire non poterant spe testamenti subsistente. ff. de acquiren. hereditа. l. quãdiu. Aut pater nihil dispo fuit, sed filius ex se impetrat legitimationem, tunc non preiudicat agnatis in hꝛditate eis iam delata, nisi eis citatis z ꝙsentientibus. ff. de nata. resti. l. j. Nã hoc casu hec legitimatio fit ꝓ ius, ergo restringenda, vt supra questione prima. Nec debet intelligi cum damno alterius esse concessa. ff. ne quid in loco publico l. ij. ¶. merito. z ¶. si quis a principe. Sufficiet aũt citatio ghalis per edictum publice propositum. ff. de institoria. l. sed z si pupillus. ¶. proscribere. z gl. ff. ex quibus causis in posses. eatur. l. hec aũt. ¶. i. z in Spe. de cita. ¶. i. versi. sed nunquid consanguinei, sacit quod nota. Inn. in. c. albericus. extra de resti. in fi. z de clan

8 de. de spõ. c. inhibitio. † Sed certe equius est, z tutius citare nominatim eos ad quos prima causa citationis delata est, si cõmode citari possint, arg. in. d. versi. sed nunquid, ꝓ ergo q̃ non retrotrabitur, hoc casu legitimatio in preiudiciuz eius cui est ius quesitum, nisi eo citato, vel princeps sciens hereditatez alijs delatam, z forte agnitam voluerit eis preiudicare, paternam hereditatem filio restituendo, qz etiam hoc potest nullo citato de plenitudine potestatis, vt gloss. extra de statu monacho. c. cum ad monasterium. z Barto. in. d. ¶. z quid si tantum, argumen. ff. de nara. restitu. l. ij. z. C. de senten. paf. l. ij. ¶ Sed opponi. qõ institus post mortẽ eius de cuius hereditate agitꝫ recuperat eius hereditatẽ, ideo mortua matre ei statim delata fuit hꝛditas, quã uis ergo post hoc seruus pene efficiatur, tñ cum postea restituitꝫ recuperat illud ius qõ ante habebat quasi suũ. ideo nullam iniu

ria videtur agnatis facere, hic autez filius tempore mortis matris

tris non erat habilis,ideo post mortem patris ei non deferť hereditas,sed defertur agnatis proximioribus. Unde postea legitimatus illud ius non recuperat,qz cum illud ius nunquã fuit ei delatum,si illud per institutionem acquireret, detraheretur de lucro,non de damno,qđ esse non dz, qz dz soluz ea recuperare q̃ sua erant.C.de sent.pas.l.j. facit ad hoc qđ not.gl.singularis.in
9 .l.cum adoptio.§. si non pater.C. de adoptio. † vbi concludit qđ habilitatio ad succedẽdum facta post mortem eius de cuius hereditate agitur,nil prodest. Ratio qz videtur conceptus z natus post mortẽ patris ergo non succedit, qz non efficitur ei agnatus.ff.de suis z legitimis.l.si titius. Hoc autem indubitatissimũ puto,cum specialiter natalibus restitutus est post mortẽ patris z tunc nullo modo preindicat venientibus ab intestato non citatis,sed erit legitimus solũ quo ad honores z dignitates, nõ quo ad successionem paternam, quid ergo si sit in legitimatis additus qđ possit in legitimatiõe patris succedere,hoc est maius dubium. vt hec verba videantur frustra apponi, de leg.j.l.si quando sed põt distingui aut non est facta mentio q̃ supersint agnati,cum in dubio non videatur eis voluisse preiudicare, vt dictuz est.§.ideo qz non succedit,nisi in defectum legitimorũ,vt per illa verba eo tantum casu succedere possint, quo alias non succederent,aut est facta mentio agnatorum, z tunc ne illa verba sint frustra apposita ante aditam hereditatem per agnatos, post vero agnitam,non nisi hoc princeps specialiter dixerit,vt supra. Intellige hec omnia que supra dicta sunt nisi in rescripto addita sit
10 clausula de qua statim dicam. ¶ Quinto queritur † si in rescripto posita sit clausula que communiter solet apponi cũ sit legitimatio saltẽ post mortez patris, vcz volumus tñ qđ per hanc legitimationem aliqđ preindicium non fiat venientibus ab intestato,an aliquo casu admittať legitimatus ad successionem patris. quidam dicunt qđ nec ex testamento,nec ab intestato. Alij dicunt q̃ admittitur ad successionẽ ex testamẽto,ab intestato vero non.nisi in defectũ legitimorum. Alij vero dicunt qđ si supereſt aliqs cui debeť legitima excludiť legitimus,vbi non supereſſent alij venientes ab intestato, tunc legitimus admittiť. Tu plenissime distingue, aut legitimatus est vino patre aut mortuo. Primo casu dic,aut decedit pater intestatus,z tunc nunq̃ admittitur legitimatus existentibus alijs venientibus ab intestato,z hoc operať clausula, aut testatus est,tunc aut instituit legitimatum,aut non. Si eñ instituit distingue,aut tales venientes ab intestato sunt ascẽdentes, aut descendẽtes,aut collaterales. Si descendentes tũc eis preteritis testm̃ est nullũ,z sic res est in cã intestati, igiť legitimatus excludiť,vt nunc dixi. Sed eis institutis in legitimatio.saltẽ,tunc legitimatus qui ẽt institutus est admittiť,nec dicimus hoc casu legitimationẽ eis preindicare,sed ipse testator est qui preindicat, qz esto qđ iste non fuisset legitimatus potuit eis preindicare restituendo alĩ pro parte. Si sunt ascendentes dic per oia idem, qz eis non institutis dabitur querela vel q̃tabu.q̃ testm̃ filij.ff.de inoffic.testa.l.pater filium. z.C.de inoffi.testa.l.i.z per glo.ff.eo dem titulo.l.i.in fi.alias preindicaret eis hec legitimatio,quod esse non dz. Rupto ergo hoc casu testamento, erit res in cã intestati,z sic excluderetur legitimatus,vt dixi. Si sunt collaterales, tunc legitimatus excludit eos, z hoc ẽt casu non preindicat eis legitimatio,sed testatori, vt.§.dixi. Si vero non instituit legitimatum,sed eum preterijt,distingue,aut instituit extraneuz,z iste casus magis dubius, qz si est nullum testm̃ tanquam preteritus
11 res erit in causa intestati, ita q̃ hereditas postea renocabiť ab eo per venientes ab intestato quibus legitimatio preiudicare nõ potuit vigore clausule predicte. † Idcirco consultius esset, hoc casu quod legitimatus expectet donec hereditas adeatur per institutum, z postea petere contratabu. tanquam suus heres. Nam tunc non dicitur venire ab intestato,sed ex testamento,vt glo.C.de colla.l.filio dotem.z.l. vt liber. z videtur probari in.l. filium.in prin.de contratabu.z tz Ange.in simi.in.d.l.vt liber: vel dic ẽt quod ante aditam hereditatem aget legitimatus contra scriptos heredes,nec postea vincetur ab agnatis. Et videť casus.ff.ad tertulia.l.equissimum.facit quod nota.Bald.C.eo. l.fi. Nec dicimus hoc casu legitimationem preiudicare venientibus ab intestato,qz pater preindicauerat. Nam institutus hereditatem retinuisset,si legitimatus approbasset testamentuz.ff. de iniust.rup.l.filia. Non est ergo equum quod rumpat testm̃ ad vtilitatem alterius. Item dicit legitimatus huic venienti ab intestato,ego vici vincentem te,ego vici te per regulã de diuer. z tempo.prescrip.l.de accessionibus. Secundo casu principali quando legitimatio est facta mortuo patre,distingue, aut pater dixit in testamento q̃ volebat eum sibi legitimum successorez,z dic per omnia,vt supra in illo articulo quando pater instituit legitimatum,aut nullam de eo mentionem fecit,tamen fuit legitimatus,quod fieri potuit,vt supra.§.proximo.qõ.vij.z sequenti. His vero citatis adhuc non preiudicabit vigore clausule predicte,nisi forte additum fuerit in rescripto,quod possit in hereditate patris succedere, tunc enim si generaliter intelligatur hec clausula,expresse contradiceret alij clausule, vcz quod non preiudicet venientibus ab intestato. Attendẽda est ergo mẽs principis.extra de procuratoribus.c.petitio.z ne sit sibijpsi contraria debemus quadam distinctione concordare. Et diximus qđ ante aditam hereditatẽ per agnatos legitimatus succedat,post aditam vero non,vt.§.proxima.q.in fine. vel melius tunc demũ succedet cum non supererunt venientes ab intestato, z hoc casu poterit succedere,qui alias non succederet.

12 ¶ Sexto queritur an † statuta loquentia de naturalibus z legitimis gprehendant legitimatos per rescriptuz. vr̃ qđ sic,qz sunt vere legitimi vt.§.q.iij. In contrarium videtur tex.C.de his qui ve.eta.impe.l.fin.ſm quosdam qui hoc tenent. Sed potest responderi quod ille ibi est factus legitime etatis solum ciuiliter, hic autem est factus ciuiliter,cooperante natura, z sic ciuiliter, z naturaliter,ergo de eo videtur cogitatum,vt ibi per glo.z hoc puto verius. Quid ergo si spurius legitimetur, an comprehendetur in tali statuto.dubitari potest quando ante legitimationẽ non erat naturalis.qui.mod.natura.effic.sui.§. vltimo. sed per legitimationem non fit naturalis,sed legitimus tantum qui non comprehenditur a statuto loquente de legitimato, z naturali. Sed dic q̃ si in rescripto dicitur q̃ restituit eum antiquis natalibus,z iure nature, per hoc est factus naturalis z legitimus, qz iure nature omnes erant naturales z legitimi.

13 ¶ Septimo queritur † si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis legitimis z naturalibus substituo Titium,tunc filius post mortem patris moritur relicto filio per rescriptum legitimato,an iste legitimatus excludet substitutum. Et videť qđ sic,qz est vere naturalis z legitimus,vt.§.q.iij. ergo conueniunt verba testatoris,que de vere legitimatis,z naturalibus intelligi debent,z de lega.ij.l.si ita quis.§.primo. Item est legitimus cooperante natura.ergo videtur testator de eo sensisse.ff.ꝺ liberis z posthu.l.filio.z.C.de adoptio.l.cum in adoptinis. hoc tz Jo. and.in additio. Speculato. in titulo de successione ab intesta. §.primo. In contrarium,qz debent verba intelligi ſm communem sensum z vsum loquendi. de fundo instruc.l. cum delanionis §.asinam mol. Sed communis vsus facit differentiam inter legitimos z legitimatos. ergo zc. Jt ẽlegitimatio sequens non dz auferre ius quesitum substituto, nisi specialiter exprimatur, argu.extra de rescriptis.c. quãuis. in sexto. nec videtur in dubio ea esse mens principis legitimantis, argumen.ff.de vulga.z pupilla.l.ex facto. Item non videtur testator de his sensisse qui priuilegio principis facti sunt legitimi, z de his qui ve.eta.l.fi. Solue aut tẽpore mortis testatoris fuit ille legitimatus,eo sciente z tunc excludit substitutũ,aut eo ignorante, aut post eius mortem,z tunc non excludit eum,qz non videtur de hac legitimatione cogitasse,qz non est verisimilis, qz dependet de sola voluntate principis,argumento ad hoc.de lega.j.l. apud iulianum.§.finali.banc distinctionem probo.ff.de testamen. milĩ.l.querebať. z.l.iij.C.de inoffi.testamen.

14 ¶ Octauo queritur † an talis legitimatus agnascatur omnibus agnatis. Jaco.de bel.dicit q̃ sic, cum agnati consentiunt,alias non,z mouetur colorato argumẽ. Nam pater non potest filiuz inuitum facere sibi agnatum.in auc.quibus mod.natura.effici. sui.§.generaliter. igitur non potest eum facere agnatum alicui inuito. Jta dicit ipse in auc.quib.mod.natura.effi.legi.§.filium vero. Sed videtur indistincte q̃ sic, in hac legitimatione q̃ omnia iura legitimorum confert,vt.§.q.iij. Esset enim inconueniẽs q̃ esset legitimus quo ad quedam sic, quo ad quedam non.extra qui filij sint legi.c.per venerabilem. Jta dicit Jo. an.in addi.Specu.de succes.ab intesta.§.i.versi. Item scias. facit C.de adoptio.l.in adopt.z est tex.expressus contra Ja.in.l.cum adoptio.eo.titu. Nec obstat arg. qđ aliud sit in filio cui maximum fit preiudicium propter patriam potestatem sub qua constituitur,z propter liberam testamenti factionem quaz perdit ppter legitima.ẽt in castrensibus, qz hz necesse relinquere legitimam patri,aliud in alijs agnatis quibus inuitis iste in nihilum succedere potest,z sic nullum est eis preiudicium.

15 **Mono queritur** † qz dictum est.§.§. proxi.q.j. an in legitimatis regrať inser-

tio cause. Nõ queritur an legitimatio facta per principez non inserta cã preiudicet alicui. Et vr qõ sic. ff. de rei vendica. l. item si verberatum. §. item si forte. ꝛ de evict. l. lucius. In ꝛrium, qz si ne iusta cã alij preiudicare non põt. C. de preci. impe. offeren. l. quoties. ꝛ gl. ff. de offi. preto. l. barbarius. Ad ꝛrium respondeo qꝯ ibi fuit iusta cã rõne publice vtilitatis. vel dic illud fecit prin ceps de plenitudine ptãtis, vt glos. extra de sta. mona. c. cũ ad monasterium. Ita concludit Bart. ff. de libe. ꝛ posthu. l. gallus §. quid si tantum. Comprehendit aũt principem ex absoluta po testate hoc fecisse, si non apponat clausulam non obstante.

16 **Decimo** queritur † an filius legitimatus post testm̃ pa tris in quo preteritus est, illud rũpat. vr qꝯ nõ ex presumpta volũtate patris testantis, qz non est verisimile eaz elegisse viã ad impugnãdũ sua iudicia. ff. de testa. mili. l. ij. In ꝛrium facit patris negligentia qui post filij legitimatio. potuit mu tare testm̃ arg. C. de inoffi. testa. l. ij. in prin. Jac. de bel. indistin cte tz qꝯ testm̃ rumpatur. Nec ob. arg. in ꝛrium, qz ille intelligit verum, nisi euidenter appareat, aliud in casu nostro quod intelli ge verum qm̃ legitimatus est vno patre. Si vero legitimetur eo mortuo, tunc rumpit testamentum, qz censetur conceptus post mortẽ patris. ergo non est beres suus. ff. de suis ꝛ legi. l. si titius. nisi in casibus in quibus talis legitimatio preiudicat veniẽtibus ab intestato, vt. §. q. iij. ꝛ v. qz ẽt bis casibus rumpet testamen tum, ꝛ scriptis beredibus preiudicabit.

17 ¶ Undecimo queriť † hñs filium naturalem, in defectum legi timorum facit eum legitimari, postea accepit vxorem ex qua na ti sunt legitimi. Nunc mortuo patre queriť, an sint legitimi. Et an legitimatus succedat cũ legitimis Bart. format hãc questio nem in. l. ex facto. ff. de vulg. ꝛ pupil. Et refert By. tenere qꝯ nõ qz causa legitimationis fuit carentia legitimorum, cum superue nientibus legitimis cesset illa causa, dz cessare effectus, argu. il lius. l. si vnquam. C. de reuo. do. Et hoc tz Guid. de suza. ꝛ Joã. an. in addi. Spec. de succes. ab intesta. §. j. versi. si ex facto. Et hoc tz Oldra. vt refert preclarus doct. do. Jo. de imola. in. d. l. ex facto. Sed contrarium tenuit Hosti. vt pz in princ. versi. sed ex facto. ꝛ hoc approbat stilus curie, vt ibi approbat Joã. and. vbi dicit qꝯ consuenit in hac legitimatione addi clausula, ita tñ quod si contigerit filios legitimos nasci patri tuo, non coeque ris eisdem. Ex eo qõ consuetudo apponit illam clausulam, aper te sentit qꝯ ea non apposita succederet equaliter cũ legitimis po stea natis, boc ẽt tz Bal. ꝛ Jo. de imo. in. l. ex facto. ſm Ray. qui adducit rationem. Nam ex quo legitimatio semel fuit per fecta, non dz vitiari per casum superuenientem, vt per Byn. in c. factum legitime. de reg. iur. in. vj. sed Bar. voluit concordare qꝯ aut legitimatur per matrimonium, ꝛ non vitiatur legitima tio. C. de natura. lib. l. antepenul. ꝛ fi. Idem si per rescriptũ prin cipis. Secus forte si per oblationem curie, dicit tex. qõ est om nino naturali iure liberatus, in auc. quibus mo. natu. effi. sui. §. si quis igiť. ꝛ nihil est legitimo dissimilis. eo. tit. §. ꝛ quoniaz pro hoc facit, qz iure communi oblatus curie remanet legitimus qꝯ legitimatus per rescriptum qui non potest de iure communi exi stentibus legitimis legitimari, supra pxi. q. ij. puto ergo verius, vt succedat cum legitimis, vt supra.

18 ¶ Duodecimo queritur † an legitimati succedãt in feudo. tex. dicit qꝯ non. x. collatio. si de feu. fue. controuer. c. naturales, qõ intelligit gl. verum nisi imperator in rescripto dixit, vt feudo suc cedant. glo. pro qua facit tex. in. c. j. in fi. de succes. feu. In con trarium facit qꝯ non põt dominus sine causa preindicare domi no feudi, vt in titu. de nat. feu. in. c. j. quod faceret si habilitaret naturalem ad succedendum in feudo, cũ feudum nõ extantibus legitimis redeat ad dñm. dicunt quidam, aut est feudum princi pis legitimantis, tunc legitimatus succedit. ita intelligitur illa glo. aut est alterius, ꝛ tunc aut dñs consentit, vel ratam hz legiti mationẽ, ꝛ tunc succedit, aut non consentit dominus, ꝛ tunc non succedit. Ita vidi consultuz per do. Bart. de salice. sed hec sen tentia non est vera, qz non põt princeps habilitare inhabilez de succes. feudi. in preiudicium agnatorum, qui in feudo succedere debent, vt in titulo si vassal. feud. petua. c. j. ꝛ no. gl. si ó feu. fue. ꝛtrou. §. si vassallus culpam. Cum ergo hoc casu iste naturalis sit inhabilis ob delictum presens, clarũ est qꝯ mortuo patre feu dum pertinet ad agnatos, sine sit beneficium nouum, sine anti quũ saltem in casu nostro quo delictum non fuit factum ꝛ, vt est casus de doc in titu. que sit prima causa benefi. amitten. §. vlti. vbi per glo. ꝛ sic non põt eum princeps habilitare ẽt consentien te domino feudi in preiudicium agnatorum. Dico ergo sic, aut legitimatio eſt facta vno patre. ꝛ dictum est qõ possit in feudo succedere, tunc hz locum opi. predicta, ꝛ tunc nullum fit preiudi cium agnatis, quibus vno patre nullũ ius quesitum est. Idem si fit facta ipso mortuo, qm̃ ipse pater voluit filium esse legitimum successorem, vt. §. §. proximo. q. vlti. aut facta est patre mortuo, tunc feudum defertur agnatis, si supersint ꝛ non succedet legiti matis. nisi eis citatis ꝛ consentientibus, vt. §. q. iiij. ꝛ ita loquiť. c. j. supra alleg. Ubi vero non supereſſent cognati, tunc reuerte retur ad dñm, dz distingui, vt. §. ſm Bar. de sali.

19 ¶ Tertiodecimo queritur † an legitimati ab imperatore suc cedant in bonis situitis in terris ecclesie, ꝛ econtra? vr qõ sic. qz indiuisibile est ius testamẽti in pagano, vt no. C. de testa. milit. l. j. ꝛ de secundis nuptijs. l. i. qz ius nostrum ꝛc. quod fieret si legi timatus ꝛ institutus retineret bona situata in terris imperij, ꝛ ve nientes ab intestato tenerent bona situata in terris ecclesie, ꝛ sic pro parte testatus, ꝛ pro parte intestatus decederet. Itẽ legiti matio ista principaliter concernit personam, vt. §. §. iij. ver. iij. lz ergo ex accidenti, ꝛ in qm̃tiam fit qꝯ succedat in bonis, id non at tenditur, arg. ff. de auct. tuto. l. i. in prin. Multa enim in conse quentiam qceduntur que principaliter non qcederentur vt glo. extra qui filij sint legit. c. per venerabilem. ꝛ pro hac parte vidi consultum per dñm Bartho. de sali. ¶ In contrarium, qz limi tata potestas limitatum producit effectum. ff. de iurisdict. om. iu di. l. fi. Cum ergo Imperator ꝛ Papa habeãt iurisdictionẽ dis tinctam, ꝛ limitatam, vt. §. §. proximo. q. v. dz ita limitatos effe ctus parere qõ vnus non se intromittat de iurisditiõe alterius. Item hec legitimatio non preiudicat agnatis, nisi citentur. ff. de adoptio. l. nam ita diuus, quos citare non põt cum sint extra ter ritorium. ff. de iurisdi. om. iudi. l. fi. in fi. extra de sent. ꝛ re iud. c. pastoralis. in clemen. Item quatenus iurisditio residet in volun tate põt vbiqz fieri. ff. de offi. proconsu. ꝛ leg. l. ij. sed quatenus re sidet in reali missione opz qõ explicetur per iudicem territorij. ff. de bo. auc. iud. pos. l. cum vnus. §. pe. iudex eniz qui est in ter ritorio ecclesie non ponet in pos. legitimatũ per principez, hanc opi. tz Bal. C. de sum. tri. l. i. ꝛ Innoc. in. c. per venerabilẽ. qui filij sint legi. ꝛ in Spec. in tit. de lega. §. fi. ver. sed illud queritur

20 ꝛ ibi alleg. Sof. Vinc. ꝛ Tancre. dicẽtes qõ † legitimatus, seu restitutus solum põt ea facere super quibus habuit ptãtem legi timans ꝛ restituẽs. Et pro hac parte vidi consiliuz predicti do. Barth. de sali. ꝛ omnium doct. venerabilis collegij boñ. Mnã uis vr temerarium, saltem in iudicando, vel qsulendo a tantoꝝ doctorum sententijs discrepare, tñ disputationis gratia putares has opi. equissima distinc. concordare. Aut venientes ab inte sta. subiecti sunt legitimanti aut non. ¶ Primo casu, dic qõ in casibus in quibus potuit legitimãs preiudicare, vt dixi. §. q. iij. ꝛ §. proximo. q. iiij. obtinebit legitimatus omnia bona vbicũqꝫ sita. Nec obstat qõ potestas sit limitata, qz imperator non dispo nit super his bonis principaliter, sed accessorie. vnde illud non attẽditur, vt dixi, vel dic melius qõ imperator nihil disponit in illis bonis, ꝛ hoc põt facere qm̃ est sibi subditus, argu. C. de eu nuch. l. ij. Ad aliud qõ nõ preindiceť agnatis, nisi citentur? Re spondeo vt. §. q. iiij. Nec ob. qõ index alterius territorij non mit tet eum in possessio. qz immo mittet ad illius petitionem iudicis cui subest legitimatus, vt. §. §. iij. qõ. ij. Vel dic qꝯ mittet eum in pos. propria auctoritate, viso instro legitima. facto ab eo qui po tuit oibus venietibus ab intest. preiudicare, arg. eoꝝ que hñtur. C. quẽad. testa. aper. l. ij. ꝛ gl. ff. de iud. l. heres absens. §. si quis tutelam. ¶ Scõs casus est qm̃ venientes ab intestato non sunt subiecti legitimanti, tunc distingue, aut qsenserunt legitimatiõi, tunc idem, vt. §. ꝛ bis duobus casibus hz locum prima opi. §. re lata. Hoc enim casu non potuerũt contradicere, qz iam consen serunt, arg. C. de non nu. pec. l. generaliter, aut non consenserũt, ꝛ tunc qz non potuit legitimans preiudicare eis nõ obtinebit le gitimatus bona alibi situata. ꝛ ita loquiť secunda opi. §. relata.

21 Nec ob. qꝯ † sit indiuisibile ius testa. qz qcedo, nec ex hoc sequiť qꝯ decedat pro parte testatus, ꝛ p parte ꝛc. Nã aut nullũ fecit testamentũ, tunc filius institutus succedet ex testõ, ꝛ in illo loco legitimãdi supposito habebiť, perinde ac si in totũ decesisset te status, sed nõ poterit obtinere bona alibi sita sicut non obtine ret, si ibi esset statutum qꝯ forenses nõ possint acquirere imobis lia, vt est in multis locis, quo casu forẽsis istitutus in illis bonis non posset illa obtinere. In loco vero vbi sunt venientes ab in testato nõ supposiri legitimãti censebitur quo ad oia intestatus decesisse, sed nõ poterunt venientes ab intestato obtinere bona alibi sita, sicuti, si pater vnus ea alienasset qꝫis enim sit incõue niens qꝯ in vno loco cẽseať testatus, ꝛ in alio intestatus. Simile statutũ est Venetijs qꝯ valeat testamentum cum duobus testi bus,

bus,pone qđ ciuis Venetus instituit extraneũ in testamento facto cũ duobus testibus,an institutus obtinebit bona situata Florentie,cũ venientes ab intestato non sint ciues Veneti, sed Florentini,qbus statutum illud preiudicare non potuit. Certe nõ,qr quãuis Venetus reputatur decessisse intestatus, quãuis Cyn. aliter dicat.C.de sum.tri.l.j.circa quod vide Bar.in.l.si nõ speciali.C.de testa.r in.l.ij.quemadmo.testa.aperi. si ẽt in proposito,nec inconueniens qp in vno loco legitimus, in alio reputetur non legitimus. Tolle exemplum in filijs sacerdotum grecorum qui apud eos sunt legitimi,sed apud nos spurij.

## SVMMARIVM

1 Curia quid sit.
2 Legitimari per oblationez curie qs possit,r cui curie offerri.3.
4 Legitimatio per curie oblationem qualiter fiat,r que in illa requirantur,r quem effectum habeat.5.
6 Legitimatis per curie oblationem qui succedant.

## §.De legitimatione per curie oblationem.

# Upereſt huius legitimat.

s modum vltimus declarare, scz de legitimatione que fit per curie oblationez. Et qr hec materia est parũ vsitata,nec continet magnam subtilitatem sed text. in hac materia sunt intricati. Ideo per modum summe,expediã me breuissime,dicens. Primo quid sit curia . Secundo qs possit hoc modo legitimari. Tertio cui curie debeat offerri. Quarto qualiter fiat r que requirantur. Quinto quis sit huius legitimati onis effectus.

1 **Primo queritur** quid sit curia,† curia est vniuersitas q̃daz,in qua omnes electi ad consilium ciuitatis incorporantur, r tales vocantur decuriones.ff.de verbo.signi.l.pupillus.de naturali.lib.l. si quis. Aliquando tamen vocantur curiales,de episco.r cler.l. si quis presbyter.r de decur.l.curiales.lib.x. Vaz decuriones r curiales,idem significant.C.de inceſt.nup.l.cum ancillis.de naturali.lib.l.communium.§.illo vcz. Et glo. in rubrica.C.de decu.li. x.r est tex.eo.titu.l.si illo. Et per hoc dicebam pridie vni ex cõsiliarijs huius ciuitatis Florentie in qua ad presens assideo, qđ omnes de eodem consilio qui ad regimen ciuitatis assumuntur, vocantur decuriones,siue curiales,r sic si in eorum matriculam acceptent aliquem naturalem efficietur legitimus,r in eius persona habebunt locum omnia que dicũtur in hoc titulo,facit glo. in preallega.rubrica.r glo.eo.titu.l.si quis tam iuueni, r instit. de here.ab intesta.§.j.

2 Donatio inter patrem ꝛ filium in fructibus adnentitiorum vz.
3 Fructus percepti ex dote ꝑ virũ filiũfa. matrimie seorsuz habitãte non communicantur cuz fratribus post patris obitum.

¶ Priuilegium trigesimumsextum.

**Ex quo ipse ibi notãter** infert ad aliud singulare priuilegiũ in dote ꝛ trigesimũsextũ † qõ hodie de iure codicis ipse pr nõ hẽbit vsumfructũ dicte dotis p. d. l. cũ oporteat cum simi. ¶ Et ꝙr sequitur qõ in dicta dote pater nõ erit legitimus administrator. Tamen ipse limitat hoc procedere quando dos erat incorporibus seu speciebus, secus si in pecunia, tũc de iure ffox. efficiebatur peculij profectitij patris, ꝛ sic trãsibat in domum patris qui tenebaꝫ de peculio pro dote illa restituenda p tex. in. l. deposui. §. j. ꝛ. l. ex facto. ff. de pecu. pro quo facit quia si mulier ipsa in hoc gaudet priuilegio ẽt quando dos nõ deseruit oneribus mrimonij, puta anteq̃ nnbat vel postq̃ remansit vidua vt in ea nihil iuris hẽat pr in tali dote aduentitia. vt. ꝫ. dixi. in. xxxiij. priuilegio. Multomagis videt dõm in ipso filiofamí. ꝙstante matrimo. ꝛ sic quãdo dos coberet in matrimonio, ꝛ eius oneribus deseruit argu. l. dotez. in fi. ff. de castren. pecu. Nã isto casu concurrit duplex fauoz. s. dotis ꝛ etiam matrimonij. aduerte tñ qz hoc dictũ Bart. forte procederet qñ filius seorsum habitaret a patre vna cũ dote habita a muliere seu socero, ꝛ maxime si postq̃ seorsuz habitauit duxit vxorem, ꝛ dotem recepit. Nã equuz est qõ ibi sit dos pleno iure, ꝛ sic dotis fructus vbi sunt onera matrimonij. l. cũ bis. §. ibi dos. ff. de iure do. Unde potest dici ꝙ etiam de iure ffox. nõ solum ipsa dos sit in dñio ipsius mariti filiusfa. sed etiã ipsi fructus ex dote ꝙpti, vt sic eos omnes sibi lucrifaciat, ꝛ non pater, ꝛ hoc fauore dotis, ꝛ matrimonij, vt. ꝫ. Et multomagis hoc fatendũ esset si filius acceꝑisset vxorem dũ cohabitaret cũ patre, ꝛ postea recessit a patre cum dote sibi ꝙsignata per patrẽ q̃ ipse pater receperat quasi tunc pater ipse videaꝫ ꝙsentire filio vt ipse solus onera mrimonij supportet cũ dicta dote. Unde etiam si fructus dotis superexcederent onera matrimonij videaꝫ pater illos sibi tacite donasse que donatio de facili presumitꝫ propter tantã coniunctionẽ psonarum per id quod habetur in. l. publia. in prin. ff. deposi. ꝛ in. l. si seruus cõis. ff. de don. inter vi. ꝛ vxo. Et maxime cũ videatur quid modicũ donasse ratione cuius modici magis de facili presumitur donatio. l. virũ. ff. de do. inter vir ꝛ vxo. Nec ob. qõ videaꝫ in peculium concessisse magis q̃ donasse, per id qõ hñ in. l. filie cuius. C. fa. her. ꝛ in. l. si donãtis. C. de colla. qz illa iura ꝓcedunt qñ a principio nõ potuisset valere vt donatio. Unde secus qñ a principio potuit valere, vt donatio inter patrem ꝛ filium, prout est in dote ꝛ eius fructibus per id qõ haberẽ. in l. pomponius filadelphus. ff. fami. her. ꝛ in. l. si cũ dotẽ. i prin. ff. solu. matri. que iura lz loquantur in filiofamilias, tamen eadẽ ratio fauoris respectu dotis ꝛ matrimonij videt militare in

2 ipso filiofamilias. Et maxime † qz etiam circūscripto fauoꝛe dotis in ipso vsufructu aduentitioꝝ quoꝛūcunqꝫ vz donatio facta p patrē filio. ¶ Additio filio nota qꝺ donatio vsufructus aduentitioꝝ facta filio per patrem valet. Adde hic qꝺ intelligitur annua. Bal. in auc. excipiť. in fi. C. de bo. que libe. Adde per Bar. in l. qnū quidā de annu. leg. z Alex. in l. si seruitus. §. futuro. de ſ rui. vba. predio. vt est casus singularis, z ibi etiam per Bal. post Bar. in l. cū opz. §. non autez. C. de bonis que libe. Et si valet per modum expressum eodē modo per modum tacitum. arzu. l. cum qd. ff. si cer. pe. cuz si. que tacita donatio ꝓsumiť. vt. š. vnde posset forte dici quod licet non ꝓbetur expresse dicta consignatio dotis facta per patrē, tñ eoipso quod pater promittit filium de per se tenere z fructuare dotē sue vxoris vel quid alind aduentitium tacite videť donare dictos fructus vt no. voluit Bal. in auc. ex testamēto. C. de colla. in. xiij. c. z etiā idē ipse sensit in l. ij. C. fami. ber. z etiam Barto. in suo tracta. de duo. fratri. z lz Azo. in summa illius ti. de bonis que libe. post princi. videať aliter sentire, tñ ita cōiter teneť, vt. š. est speciale in vsufructu qui consistit in iure tenui, z de facili pdendo, z ita ego ꝙsului, z etiam consulnit Bet. de ancha. consi. qꝺ incipit, permittendum est in ordine. clxxvij. quod bene not. Si autem ipse filius habitaret cum patre, z sic pater ipse onera matrimonij subiret alimētando filium z vxorē, z tunc non solū si ipse pater recepisset dotē, sed etiam si ipse filius solus recepisset, posset tñ imꝓbabiliter dici quod de iure ffoꝛ. dominiū dotis qrebať ipsi patri. Et consequenter fructus dotis essent ipsius patris etiam si dos ꝙsisteret in speciebus etiaz stabilibus. Nec reperio quod iura faciunt differentiam inter dotem in pecunia z in speciebus prout facit Bar. in d. §. quoties nec. d. l. ex facto. z. d. l. deposui. probant dictam differentiam immo etiam si detur filiofamilias species de dote illa efficiebatur peculij profectitij patris z tenebatur pater de peculio pro ea restituēda sicut pro alijs rebus paternis consistentibus apud filium in peculio, vt est tex. in l. filiofamilias, la. ij. soln. mat. z probatur in l. si filiosa. la. j. z in l. si cū dotem. §. transgrediamur. eo. titu. cum tex. ibi indistincte loquatur ad hoc etiam tex. eadez. l. si. immo potest dici quod si dictus pater consensit dicto matrimonio expresse vel tacite ex tunc videť se obligasse insolidum, z sic vltra peculiū pro restitutione dotis ꝑm hanc z no. post Bar. in d. §. trangrediamur. Videtur antē tacite consensisse si vxor filij fuit ducta in domum suam z onera matrimonij supportauit cuz ad hoc ipsum faciendum precedebat obligatio legalis. argu. eius qꝺ hť in l. ij. C. de acqui. pos. idē est ex quo ipse pater est obligatus ad conseruationez dicte dotis. Merito queniens est quod illa efficiatur ꝺ dominio ipsius patris. An antē pater possit cogi ad se obligandum pro filio pro dote restituenda. no. in d. §. transgrediamur. z dixi. š. in. xx. priuilegio. Unde isto casu de iure codicis pater haberet vsumfructum dicte dotis, vt hoc fuit ꝺ mente gl. in d. l. dotem. ff. de cast. pec. in fi. verbis, que per hoc sentit qꝺ hodie ꝓprietas dicte dotis que oliz erat apud patrem pleno iure erit ꝺ iure codicis apud filiū, lz vsufructus sit prīs q̄ tamen gl. non procederet quando filius seoꝛsum habitaret a patre z onera matrimonij subiret, vt. š. ē dictū. Et hec omnia sunt
3 notabilia z vtilia in practica, † qz si filius habet vxoꝛez seoꝛsum habitās a patre dotez possidet z fructuat talis vsufructus non efficiť patris nec fructus idem percepti sunt cōicandi. ¶ Additio. Cōmunicādi adde an fructus dotis restituende vxori percepti ab ea missa in posse. bonoꝝ viri ꝙputenť in sortem. l. ritia de solu. Ang. in l. dinoꝛtio. solu. ma. Alex. in l. si constāte eo. titu. cum fratribus etiam si erat eoꝝm existimatio valde superexcessiua vltra onera matrimonij. Immo. ēt posset dici qꝺ si dos esset apud patrē q nollet eā ꝙsignare tali filio qꝺ ex quo non debeť sibi vsufructus poterit filius mortuo patre illos fructus vel eoꝝ estimationē repetere a fratribus coheredibus ꝓ eoꝝ ratis. Et hoc qñ filius discessisset sine reprehensione forte de voluntate patris vel forte preter patris voluntatem ex iusta causa, qz male tractabať a nouerca vel alia simili causa. Si autem discessisset sine voluntate patris z sine iusta cā, tūc esset sibi imputandus, imo etiā si filius cohabitaret cū patre, z pater onera matrimonij subiret, tñ pater ipse promitteret filium tenere, z fructuare de per se dictam dotē z de fructibus ad libitum disponere tamen tacite videť sibi donasse dictū vsumfructum. vt. š. dixi. Et ideo tunc filius dictos fructus z pecunias z ex eis redactas, z lucra exinde ꝓcepta non teneretur cōmunicare aliis fratribus, vt etiam no. voluit Bal. in dicta auc. ex testamento in. xiiij. c. z in d. l. ij. C. fami. bercise.

## SVMMARIVM

1 Filiussa. recipiens dotem si stipulatur lucrum dotis in casu soluto matri. illud erit sibi precipuum.
2 Donatio expressa vel tacita in filium citra lucrum dotis valet.
3 Lucrum dotis ob adulterium vxoris queriť filio eidemqꝫ marito z non patri.
4 Pater si fuit sibi stipulatꝰ lucrū dotis illud erit sibi ꝑcipuū, z non filio. Et hoc si pr̄ subiuit onera matrimonij, alias secus.

## ¶ Priuilegium trigesimumseptimum.

1 **Ex quibus** ēt inferť ad aliud spāle priuilegiū, z trigesimūseptimū † qꝺ filiusfamilias qui recepit dotē a muliere, vel socero fuit stipulatus de dote vel eius pte sibi lucrāda i casu soluti mr̄imonij p mortem mulieris, tale lucrū dotis eēt ipsius filij qꝺ sine dubio ꝓcederet qñ ipse filius onera supportasset, z nō pater. Sed si pater onera subiret videtur magis dubiū. ¶ † Posset tñ nō ipꝛobabilr dici q ipse pr̄
2 ꝙsentiendo expr̄sse vel tacite tali mr̄imonio z pacto inito p filiū videať renunciasse z donasse filio dictū lucrū dotis, z sic ipsi filio pleno iure querebať. Uñ mortuo postea patre nō teneret filius cōicare alijs fratribus cuz potuerit valere donatio expr̄ssa vel tacita p patrē filio circa dotē factā ꝓut vz i filiofamilias, vt hr̄ in d. l. pōponius filadelphus. z in d. l. si cū dotē. in princ. z in d. l. post dotez. Et multomagis si pr̄ fuit stipulatus q̄ filius lucreť dictā ꝓtez dotis in dictū casuz. In ꝓriū tñ facit tex. in l. j. z ij. in fi. C. de bo. mater. vbi gñaliter logꝛtur q̄ oia que obuenerūt filiofamilias ex substantia siue ꝙiugis q̄rant ipsi filio quo ad ꝓprietatē z patri quo ad vsumfructū. Et sic vr̄ ꝓsupponere qꝺ de iure ffoꝛ. q̄rebant pr̄i pleno iure. Et restringere illū tex. vt ꝓcedat in alijs bonis obuentis viro filiofamilias preterq̄ in lucro dotis esset ꝙtra mentem illius litere z ēt ꝝ mentē Bart. in d. l. dotem, z in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto mat. z sic tale lucrū obuenit filio viuēte patre hodie haberet pater vsumfructū, ergo sequiť q̄ olim pleno iure q̄rebať ipsi patri. z sic vr̄ inferri qꝺ fauoꝛ q dabať filiefamilias circa lucrum sine dotis aduentitie z profectitie ꝓut. š. est declaratum nō extenditur ad ipsum filiūfamilias. Unde cogita z tangeť j. in alia qꝺ circa statum ꝙcedens tale lucrum. In vno tñ casu pōt dici qꝺ
3 de iure antiquo lucrū dotis q̄rebať filio, z nō patri. vz † qñ ꝓp adulteriū vxoris. Uā ex quo hoc lucrū qꝺ ꝙsequiť filius ꝓp iniriā violati thori. Ideo in tali iniuria pater nullo mō ꝓt ꝓuideri filio, vt est tex. no. in l. lucius. ff. soln. ma. Et ideo similiter lucrū erat ꝑcipuū filij z sibi pleno iure q̄rebať. Uñ multoforti tius hodie queriť filio pleno iure cum iura codicis in hoc nō immutent iura antiqua, vt. š. dixi in similibus casibus. ¶ † Si aūt
4 pr̄ recipiens dotē fuisset stipulatus sibi tale lucrū dotis nō esset dubiū quod illud lucrum esset precipuum patris etiam quo ad ꝓprietatem hodie quod tamen procedit nisi ipse pater recuꝛsasset subire onera matrimonij que forte subiuit filius seoꝛsuz habitans cū tale pactū videatur in se habere tacitaz conditionem si onera matrimonij supportauerit cū nō ob aliud cēseť tale lucrū fuisse stipulatū nisi in recompensationem onerum matrimonij, vt probatur in d. l. dotem. z ideo si pater ipse non impleuit ex parte sua cessat dictū lucrū arg. l. tali. z. l. stipulationē. ff. de iure dot. facit. l. quero. §. inter locatoꝛē. ff. loca. nō tamē credas quod tunc huiusmodi lucrum applicetur filio supportanti onera matrimonij. Cū respectu filij casus iste fuerit omissus i stipulatione. l. quicquid astringende. ff. de verb. obli. Nec stipulatio vel pactum trahiť ad personam non expressaz. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. z. l. si pro te. C. de promis. Sed satis vr̄ filio qꝺ ad eius ꝑces poterit dicta vxoꝛ disponere de tota dote vbi si pater subiuisset onera matrimonij nō potuisset ipsa mulier de tota dote disponere obstāte dicto pacto. ¶ Et per predicta potest inferri ad statuta locoꝝ disponentia quod vxoꝛe ꝓdecedēte in matrimonio sine filijs vir lucretur certā partē dotis z filiusfamilias accepit vxoꝛē an lucrū dotis sit patris vel sit ꝑcipuū ipsius filij de quo per bar. post Bȳ. in d. §. transgrediamur. z in d. l. dotē. z in suo tractatu de duobus fratribus. z per Bal. in auc. ex testamento. C. de cola. in. xiij. c. z per eundem post Cȳ. in l. ij. C. fami. bercis. nā gl. no. in d. l. dotē distinguit an mulier decedat viuēte socero vel post z idē Bȳ. in d. §. trāsgrediamur. z hoc si pater onera matrimonij sustinuit alias esset ꝑcipuum ipsius filij, z idē sequiť Cȳ. in d. l. ij. sed Bart. in d. l. dotem. z in d. §. transgrediamur. videtur tandem tenere contra Bȳ. fe-

cundum

cundum iura hodierna ſm que tale lucrū dotis dr̄ aduentitiū3,ꝛ ſic querit̄ ipſi filio,l3 pater habeat vſumfructu3 per id qđ habeť in.l.ij.ad ſi.C.de bo.que libe.aduentitia non ꝙferunť inter alios coheredes poſt mortē patris.l.fi.C.de colla.ꝛ hoc qñ ſtatutum loqneretur in perſona viri vc3 quod vxore prædecedente vir lucreť ꝛc. Si aũt diceret quod recipiens dotē lucreť,ꝛ tunc ꝓcedat opi.By ꝛ hec etiam opinio fuit Tho.de formaginis.vt refert.Bal in.d.l.ij.in.d.auc.ex teſtō. Sed ipſe idē Bar.in.d.trac.ſequitur in effectu opinio.By.diſtinguendo quis ſubiret onera matrimonij an pater an filius,ꝛ an vterq3 vt ibi p eū dō quod ſatis poteſt dici huiuſmodi lucrū eſſe profectitiū,ꝛ non aduentitium ex quo proceſſit ex re patris,vc3 propter alimenta p patrem preſtita,l3 ſtatutum loquatur in perſona filij,vt ibi p eū in cuius opi.tanq̄ magis equā inclinat Bal.in.d.l.ij.ſed in.d.auc.ex teſtamento.vbi vr̄ magis mature loqui ꝛ ꝓcedere t3 poſt multa indiſtincte illud lucrū eſſe aduentitiū,ꝛ ſic precipuū ipſius filij ꝛ cōicandi maxime ea ratione,q3 maritus eſt cā imediata huius lucri cū eius contemplatione,ꝛ pp fedus matrimonij queratur que imediata cauſa d3 magis attendi q̄ remota,ſc3 alimentationis per id qđ habeť in.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vul.ꝛ pup.ſubſti.ꝛ in.l.fi.ad ſi.C.de vſufru. ¶ Et hanc opi.tanquaz communiorem ꝛ in puncto iuris magis ſuſtentabilem,tu teneas prout tenuit ipſe Bar.in lecturis.vt.ſ.vt ſic tale lucrum dicatur magis aduentitiū q̄ pfectitiū. Nam proxima ꝛ finalis cā dicti lucri eſt propie ipſius matrimonij ꝛ eius cōingalis ſocietatis,ꝛ federis,vt hoc ꝓbatur in.l.cū quis circa med.ff.de dote prælega. ibi dū dr̄,q3 matrimonij cā lucratiua eſt nō ex prīs indicio. Et ſic etiaz probat qđ ſi pater fuit ſtipulatus tale lucrū dotis ipſo filio ad vxoris predeceſſum illud erit aduentitiū,ꝛ non profectitiū cū ex cauſa matrimonij vr̄ lucratus qđ matrimoniuz coberet pſone filij vel patris. Sicut etiaz eadem rōne ſolet dici de lucro dotis quod prouenit pp iniuriam violati thori ſeu coniugij vt proxime dicet in alio priuilegio. Preterea ponamus quod ſtatutuz ſi mouerit etiam propter onera matrimonij, vt videtur probari.in dicta.l.dotem.in fin.ſecundum intellectum gl.ibi ſm tamen text. ibi ponderat primo,ꝛ principaliter ipſaz coherentiam matrimonij,ꝛ ſic debet attendi cauſa principaliorꝛ potentioꝛ.arg.l.queritur.ff.de ſtatu homi.Et maxime q3 illa ratio oneris matrimonij, non vr̄ multum attendenda cū pater teneať ad alendum vxorem filij ꝛ eius liberos.l.ſi filia.§.i.ff.fami.herciſ.ꝛ ſic etiā indotatā. argu.l.quod ſi nulla.ff.de relig.ꝛ ſum.fune. Poteſt etiam ſubintelligi alia cauſa dicti ſtatuti quaſi in ſolatium amiſſe ſue dilecte coniugis tale lucrū ſibi viro conceſſerit, vt alias in ſimili dicitur de matre cui ſenatuſconſultum tertullianum ꝙceſſit,ſucceſſionem filij,vt eā ſublenaret in ſolatiū amiſſi filij inſti.ad tertu.poſt prin. ꝛ alias in ſimili in.l.iure ſuccurſum.ff.de iure dot.

¶ Et hinc eſt qđ ſolet cōiter teneri vt lucrū dicti ſtatuti ꝙſequatur,vir etiaz in vxore nondū ducta que deceſſit poſt matrimoniū contractum per verba de preſenti,ꝛ ſic licet nunq̄ ſubierit onera matrimonij,q3 ſaltem remanet alia ratio finalis vinculi ꝛ federis matrimonialis.facit quod habetur in auc.de nup.§.ſi vero altera.ꝛ inſti.de nup.§.affinitatis,ꝛ p gl.in.l.liberorum.§.de infam. quod ꝛ tenuit Bar.in.l.nihil.ff.rerum amot.ꝛ per Bal.in.l.nō ſine C.de bonis que lib.ꝛ in.l.deo nobis.C.de epiſ.ꝛ cleri.ꝛ per Bartho.de ſali.in.l.cum in te.C.de donatio.ante nupt.ꝛ per Abb.ſicu.in.c.illud.de preſump.ꝛ videtur caſus in aucten.de ſanct.epiſco.in.§.ſponſalibus.Et hanc partē qđ tale lucruz ſit p̄cipuū filij tenet Pau. de caſt.in.d.§.tranſgrediamur.ꝛ Bo. in.d.auc.ex teſtamento.ꝛ ita iam vidi de facto conſultum.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Vir filiuſfamilias quicquid lucrať de dote ob violatum thorum ꝛ olim ꝛ hodie pleno iure queritur ipſi filio.
2 Pater nō pōt remittere iniuriam violati thori ſine filio.

## ¶ Priuilegium trigeſimumoctauum.

**Trigeſimumoctauuz** ſpeciale priuilegiuz ſumitur ex eo qđ habetur not.in.l.lucius.ff.ſol.matri. Nam l3 oliz de iure ffoꝛ.omnia lucra que obueniebant filio vel filie quererentur patri pleno iure nec ſtabat momento penes filium.l.placet.ff.de acqui.here.ꝛ inſti.per quas perſonas nobis acqui.poſt prin.cū ſuis vul. Tñ hoc erat † ſpeciale in lucro dotis prouenīte filiofamilias eidēq̄ marito propter iniuriam violati thori ſeu diuortij ſecuti culpa mulieris pp qđ ipſa mulier pdit dotez,vt hr̄ in.l.ꝙſenſu.C.de repu. Nā hmōi lucrū querit̄ pleno iure ipſi filio eidēq̄ marito,ꝛ non patri,vt optime probať in.d.l.lucius.vbi p3
2 qđ licet poſt tale diuortium ſit ſequutum culpa vxoris † pater reconciliauerit ſponſalia cum eadē muliere ꝛ citra ꝙſenſum dicti filij,nihilominus ipſe filius retinebit dictaz dotē non obſtante qđ fuerit heres dicti ſui patris reconciliantis qđ non eſt ex alio niſi q3 dicta reconciliatio non potuit fieri in preiudicium dicti ſui filij cui dicta dos iam fuerat queſita,ꝛ non patri. Nam ſi fuiſſet queſita patri pater potuiſſet dictā iniuriam remittere ſine filio. Immo ēt inuito filio.l.ſed ſi vnus.§.ſi filio.ff.de iniur. Cū ergo ex tali remiſſione facta per patrē,ita reconciliantez nō fuerit q̄ſita actio vel exceptio nec replicatio ipſi mulieri. Jō dictus filius hr̄s pr̄is potuit ſibi venire ꝯ factū pr̄is,vt ibi dr̄ gl.no.ꝛ ēt ibi declarat Bar.ꝛ doc.cōiter ſequuntur,faciunt no.in.l.cū vir prediuz ff.de vſuca. ¶ Et ex p̄dictis iuncta.d.l.lucius.ſequitur notabilis limitatio ad tex.in.d.§.ſi filio.vt non obtineat iniuria violati thori,q3 illa adeo adheret pſone filij vt illā non poſſet remittere pr̄ ſine filio,maxime quo ad effectū de quo.ſ. ¶ Jtē ſequit̄ ex illo tex.d.l.lucius a ꝓrio ſenſu vc3 q3 ſi ibi filius conceſſiſſet dictis ſponſalibus per dicta ſponſalia ꝛ eoz reconciliationem eſſet remiſſuz crimē adulterij reſpectu ipſius viri,vt nō poſſit accuſare mores dicte mulieris,ſicut p recōciliationē factā p ꝯctuz ſecūdi mr̄imonij. Et ēt notať ampliatio ad.l.vxor.§.fi.ff.ō adul. ¶ Reſultat ēt notabilis limitatio ad dicta.ſ.proximo priuilegio,q3 tenendo opinionē By.ꝛ ſequacium quod lucrū dotis ꝓueniēs ex pacto vel ſtatuto pp obitū vxoris p̄decedētis in matrimonio ſine filljs ſit ipſius patris,ꝛ non filij maxime qñ tpe q̄ſiti lucri pater ipſe idēq̄ ſocer ſnpuiuebat,de quo hr̄ i.d.l.dotē.ff.de caſ.pecu. ꝛ in d.§.tranſgrediamur.ꝛ in aliis pleriſq̄ locis,tñ ſecus i lucro dotis prouenienti ex iniuria violati thori vel diuortij ſecuti ex culpa vxoris. Cum proueniat ex quadam iniuria inherente oſſibus dicti filij ſui. Et ſic ſequitur notabilis effectus qđ etiā bodie etiā iure codicis talis pater ex tali lucro aduēntitio non habebit vſumfructum per dicta ſupra in alio proximo priuilegio. Et etiam poterit eſſe bodie in iudicio ſine conſenſu patris prout etiaz oliz poterat eſſe in iudicio ſolus ſine patre. Immo ēt forte inuito pr̄e ad ꝓſequēdū talē iniuriā violati thori,vc3 circa accuſationem adulterij dicte ſue vxoris,vt ē tex.no.in.l.intra liberos.§.fi.ff.de adulte.que omnia ſunt bene notanda.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Metus in promiſſione dotis non purgatur per actionē de dolo ſed ipſo iure reddit actum nullum.
2 Stipulatio ficta non ſurgit q̄n per metum fieret dotis ꝓmiſſio.

## ¶ Priuilegium trigeſimumnonum.

**Trigeſimūnonū** ſpāle priuilegiū eſt in† dote ꝓmiſſa p metū,q met⁹ l3 regl̄r non annullet actū ipſo iure,ſed cauſet reſciſionē per actionē qđ metus cā,vt.l.ij.ꝛ per totū.ff.quod metus cau. Tamē ſpeciali fauore mulieris ꝓmittentis dotem per metū viri ipſo iure eſt tuta. ꝛ talis ꝓmiſſio penitus non vz,vt eſt caſus ſingu.in.l.pe.§.ſi dos ff.quod me.cauſa,vbi tamen Bar.poſuit notabile motiuū dō non eſſe ſpeciale in dote ſed in quolibet pacto alias de ſecundo quando haberet veſtiri legis auxilio de quibus pactis legis auxilio veſtitis per glo.magiſtram.ꝛ ibi per doct.in.l.legitima.ff. de pac.vt tunc quando per metum iniretur talis promiſſio non veſtiatur ſed remaneat in ſua nullitate. ¶ Et ſic infert q̄n ſi per exp̄ſſaz ſtipulationem dos promitteret̄,tunc valeret mero iure l3 p actionē qđ metus cā poſſet reſcindi qđ dictū eſt notabile in ſe.
2 ¶ † Et ſic inferri pōt qđ diſpoſitio.l.j.i prin.C.de rei vxo.actio. ſubintelligens tacitā ſtipulationē fauore dotis ceſſaret quando dos eſſet promiſſa per metū ex quo talis ſtipulatio auxilio ꝛ miniſterio legis inducitur. Tamē aduerte q3 cōmuniter gl.ꝛ doc. antiqui ante Bar.tranſierunt cū dicta ſpecialitate dotis,ꝛ ſic quomodocūq̄ promittatur ſine cū ſtipulatione ſiue talis ꝓmiſſio non valeat vt voluit gl.ꝛ ibi etiam Jnno.ꝛ cōmuniter doct.ſequūtur in.c.ij.qđ metus cā,quod etiam per expreſſum tenuit ibi Abb.ſic ipugnādo iſtud dictum Bar.dū infert qđ ſi per ſtipulationem expreſſam ꝓmitteretur dos per metuz,tunc mero iure valeret cū tex in.d.§.ſi dos loquať ſimplr̄,ꝛ indiſtincte p verbuz pōt accōmodari ꝛ intelligi ēt q̄n per ſtipulationē.l.ſciendum.§. edictuz.ff.de edil.edic.ꝛ inſti.de ver.ob.§.itē ſi ſcriptuz. Alias

sequeretur ex. d. Bar. qõ si mulier ẽstituit dotẽ per metũ p viaz liberationis liberando maritũ futurũ ab aliqua obligatione per pactũ de non petẽdo prout bñ in. l. licet. ff. de iure do. qõ tũc talis constitutio dotis mero iure valeret ex quo pactũ de non petendo non eget legis auxilio ꝛ parit exceptionem efficacẽ. l. iurisgentiũ. §. igit̃ nuda. ff. de pac. ¶ Preterea tex. in. d. §. si dos. dicit quod promissio est nulla, ꝛ tñ sine legis auxilio est valida in vi pacti nudi efficacis ad nonnulla, maxime per viam retentionis vel cõpẽsationis, vt videt̃ in. l. etiam. ff. de compen. ꝛ tamen per metũ esset ipso iure nulla ad omnem effectum per tex. ibi sed tunc surgit probabile dubium presupposito qõ talis promissio dotis sit ipso iure nulla remanebit matrimoniũ sine dote ꝛ vir habeat subire onera matrimonij sine spe dotis habende. Certe non vr̃ nec potest dici hoc habere causari in odium viri inferentis metũ, quia satis vr̃ puniri vt promissio sic facta sit ipso iure nulla contra regulas iuris de quibus. s̃. Cum annullatio actus sit pena. vt. l. senatus. ff. õ contraben. emp. ꝛ per glo. no. in. c. decet. de immu. eccle. in. vj. vnde non videtur debere excludi a secutione ꝗgrue dotis. ne duplici pena afficiatur ex eodem facto. argu. l. j. §. licet. ff. nau. cam po. stabu. Unde potest dici ꝙ talis promissio, sic per metuz facta annullet̃ a iure respectu quantitatis vel rei in dicta ꝓmissione deducte, tñ remanebit dicta promissio valida ac si a principio simpliciter fuisset promissa dos per mulierem non expressa certa re vel quantitate, quia tunc vz ꝛ debet intelligi de dote congrua arbitrio boni viri. l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. ꝛ. l. iij. C. de dot. promis. cum si. quod est bene notan. licet doc. aliter hoc non dẽclarent. in. d. §. si dos.

## SVMMARIVM

1 Mulier si esset decepta in contractu dotis promisse ipso iure nõ valet contractus.

¶ Privilegium quadragesimum.

1 **Et ex predictis** inferri potest ad. xl. speciale privilegium † ꝙ sic in contractu dotis promisse mulier esset decepta etiam per dolum incidentem, ꝛ sic non dantem causam contractui dotis nihilominus erit nullus ipso iure ꝯctus fauore dotis ꝛ mulieris sicut idem dicimus infra in distractu dotis qñ mulier esset decepta i nona par. circa. xviij. privilegiñ. per tex. in. l. si cum dotem. §. si mulier. ff. soluto matri. ꝛ etiam qõ ꝓxime dicetur, pro quo facit quod supra dixi in proximo privilegio, ꝛ tanget̃ in sequentibus privilegijs. In ꝓrium tamen facit qõ habetur in. l. j. C. si aduersus dotem. ꝛ in. l. si ex causa. §. in dotis. ff. de mino. vbi habetur quod datur restitutio in integrum si mulier minor est lesa seu decepta in dando maiorez dotem ꝙ esset conuenientia sue ꝗgrue dotis, ergo mero iure obligatur, quia alias non esset opus restitutione. d. l. in causa in princip. Nisi dicas regulas procedere qñ mulier esset decepta ꝛ lesa sui facilitate, secus si dolo aduersarij p supradicta qõ esset notabile ad limitationẽ dictoꝝ iuriuz. Et bñ facit. d. §. si dos equiparando dolũ ñ velatũ q cadit i metũ dolo velato imo plus solet ifficere dolꝰ velatꝰ ꝙ ipse metus, qa metꝰ regꝛ nõ reddit ꝯctũ ipso iure nullũ sed rescindendum per actionem qõ metus cau. qz volũtas coacta volũtas est. l. fi. §. si mulier. quod me. cau. ꝛ habet̃ in toto dicto titulo, ꝛ tñ nõ sic indistincte dicimus in dolo qui aliquando ipso iure annullat, vt habetur in. d. l. eleganter. Et sic saltẽ debent indicari a pari dolus incidens ꝛ metus quo ad rescisionem actus ergo si metus reddit contractum dotis ipso iure nullum. d. §. si dos similiter etiam dolus incidens Bar. autez in. d. §. si dos dixit nõ esse ibi spãle fauore dotis qñ dos esset ꝓmissa nudo pacto. Nam cũ tũc tale pactũ vestiat̃ legis auxilio fauore dotis, vt habet̃ in. l. ad exactionẽ. C. de do. promis. ꝛ dictuz̃ est. s̃. in tertia parte, ꝛ etiã secundo privilegio circa privilegium tacite stipulationis, õ ipsa lex prebens tale vestimentum magis dedignatur ꝙ in contractibus alijs de se vestitis. Et ideo est id ꝙ metus ipso iure impedit tale vestimentũ, qua ratione idem potest dici qñ per dolum etiaz incidentẽ parificando dolũ ipsi metui, vt. s̃. que opi. Bart. an sit vera ad illum tex. dixi. s̃. in. xxix. privilegio.

## SVMMARIVM

1 Mulier si in dotis promissione excessit vires patrimonij, talis promissio non valet ipso iure.

2 Curator si scienter plus promisit pro dote sue adulte quaz essent vires patrimonij tenebitur de suo supplere.

¶ Privilegium quadragesimumprimum.

**Esset tamen** bñ speciale in dote, ꝛ hoc erit quadragesimumprimum privilegium, qz si mu
1 lier † minor promisit vel dedit mnioꝛẽ dotẽ ꝙ essent vires sui patrimonij talis ꝓmissio vel datio essent nullius momẽti quatenus excedit vires ẽt si cuz curatoris auctoritate. Et sic non esset opus restitutione vt est casus singu. in. l. siue generalis. ff. de iure do. sed infra vires mr̃imonij mero iure teneret ꝛ remanere valida, tamẽ daret̃ ibi restitutio si etiam in hoc esset lesa quia etiam vsq̃ ad vires dos esset enormis, vt ibi est tex. no. ꝛ not. in. l. j. C. si aduersus dotem. ꝛ ibi etiam per glos. Si tamen curato mulieris adulte sciebat non esse tantum in bonis quantum promisit pro dote, ꝛ tũc teneretur de suo refundere ipsi viro quasi videatur donasse, vt est casus singu. in. l. cum post mortẽ. §. j. ff. de admini. tuto. Unde tu
2 lis † dolus curatoꝛ licet adhibitus sit in fauorẽ sue adulte, vt forte inueniret maritum sibi placentem ꝛ forte magne cõditionis, ꝛ det in damnum curatoris a lucro mulieris, vt sic remaneat dotata vltra ꝙ sint vires sui patrimonij qõ vr̃ mirabile, vt sic hoc totum operet̃ dolus dicti curatoris ꝛ fauoꝛ dotis ꝛ mulieris vt pp hoc inducatur ficta donatio contra verisimilem dicti curatoris intentionem per illum tex. ꝯ regulã. de qua in. l. cũ de indebito. ff. de proba. iuncta regula. de qua in. l. nõ omnis. ff. si cer. peta. cum simi.

## SVMMARIVM

1 Mulier si adeo excessit ꝗgruentiam dotis, vt excesserit duplum congrue dotis illi subuenitur etiam si maioris esset etatis.

¶ Privilegium quadragesimumsecundum.

**Et** hoc erit quadragesimũsczꝫ ꝓuilegiũ ꝛ pdcã locũ obtinẽt i muliere minoꝛe. In maioꝛe ãt si dederit vniuersz suũ patrimoniũ sibi iputet̃ ẽt si vltra gueniẽtiã ꝗgrue dotis. l. nulla. C. õ
1 iure do. ꝛ hoc qñ sciẽter. † Si ãt fuit circũuẽta, ꝛ tũc si sui facilitate i nullo sibi subuenit̃ nisi esset lesa in dãdo dotẽ tã enormez vt fit maioꝛ dos in duplũ ꝙ sit iusta ꝛ ꝗgrua dos respectu ꝗditiõis sue ꝛ viri ꝛ ꝙtitatis matrimonij. Maz tũc iuuabit̃ ex equitate. l. ij. C. de rescin. vendi. Cuius remedium bz locũ ẽt in ꝯctu dotis, vt est gl. no. in. d. l. si ex cã. §. in dotis. ff. de mino. Si ãt non excederet duplũ, puta si dos ꝗgrua erat in duceñis ꝛ dedit quadraginta vel abinde. j. nec aliter fuit in dolo viri inducta, tũc nõ poterit aliquo iure iuuari. Cũ. j. dimidiũ iusti ꝓij licitũ sit ꝯhentibus se decipere vt. l. itẽ si ꝓtio. ver. quẽadmodũ. ff. loca. ꝛ ibi p gl. ꝛ in. d. l. i cause. ff. de mino. Posset tñ non improbabiliter dici qõ qñ fuit lesa vltra duplũ, lz tunc subsit equitas. d. l. ij. ad rescindendũ talẽ ꝯctuz̃ pp enormẽ lesionẽ causantem dolũ re ipsa, tñ non intentabitur dictũ remedium p modũ alternatiũ, vcz qõ dos reducat̃ ad iustam mẽsurã, vel qõ ex toto discedatur a ꝯctu dotis. Mã si matrimoniũ iã erat ꝯctum, ꝛ sic est factũ irreuocabile, ita ẽt dz secum habere cõcomitantiã dotis ꝓpter onera matrimonij ꝛ supportanda. l. p onerib. C. de iure do. cum si. Et quia inter partes fuit actũ. qõ mulier esset dotata licet in quantitate dotis fuerit causata lesio, alias posset sperni. Immo etiam reijci ab ipso viro per id quod habet̃ in. l. fi. C. ad velleia. ꝛ ideo ipsa mulier tunc debet solum agere vt reducatur ad congruam mensuram.

## SVMMARIVM

1 Lesio enormis solum est causa vt agatur ad reducendum contractum ad dotis congruentiam.

2 Dolus dans causam non annullat ipso iure in dote promissa per expressam stipulationem rite interpositam.

3 Mulier maioꝛ scienter promittens maioꝛẽ dotẽ ꝙ essent sue vires obligatur.

4 Vir si in estimatione dotis est enormiter lesus, etiam sine dolo promittentis, tamen ex equitate succurritur viro.

5 Maritus minoꝛ. xxv. an. si fuit lesus in accipiẽdo dotẽ minoꝛẽ ꝙ esset ꝗgruẽtia restituitur in integrũ, secus tñ in maioꝛe. n. 6.

¶ Privilegium quadragesimumtertium.

**Et per hoc multum notabiliter** limitatur

limitatur dispositio.d.l.ij.vt saltē respectu remedij alternatiui,ō quo ibi non obtineat in dote,ꝛ hoc erit quadragesimūtertium pri
1 uilegium. †Si autē dolo mariti fuerit mulier maior lesa ꝛ decepta circa quantitatem dotis potest distingui quod, aut dolus dedit causaꝫ contractui aut incidit,primo casu sinedubio non valebit ipso iure contractus sicut idē est in alijs ḡtractibus bonefidei per id qō bī in.d.l.eleganter. Si vero incidit,ꝛ tunc secus ſm quosdam. Sed dubiū surgit si dos fuisset promissa per expressam stipulationē ex quo tūc vī qō remaneat in sua virtute stricti iuris qō etiā si dederit cām tali stipulatiōi mero iure valeat lꝫ possit re
2 scindi per actionem de dolo per no.in.d.l.eleganter. †Sed si nō fuerit interposita expssa stipulatio ex quo bodie surgit tacita stipulatio subintellecta a lege tam ex parte viri qui dotem recipit quam ex parte mulieris vel soceri dotem promittētis q̄ tacita stipulatio hab ꝛ naturam bonefidei.d.ℒ.sed non ignoramus, ideo tunc sine dubio dolus dans causam tali cōtractui redderet ipsuꝫ ab initio nullum.d.l.eleganter,quod intellige respectu quantitatis promisse non sic respectu simplicis promissionis,tanc̄ remaneat firma velut a principio facta sine certa quantitate vt dixi.ℒ. in.xxix privilegio circa dotē promissam per metū. Nec videt qō dictus ℒ,sed non ignoramus habeat locū quando vir sibi prouidit per expressam stipulationem rite ꝛ valide interpositaꝫ cū per prouisionem hominis videatur recessuꝫ a prouisione legali, maxime extraordinaria,per id qō habet in.l.fi.C.de pac.conuen.ꝛ ꝑ batur in.d.l.j.post prin. Sed quādo dolus incidit,tūc vī esse magis dubiū per dicta supra. Tñ inclinarē talē ℘ctuꝫ non valere pp fauorē dotis per id qō habet in.d.ℒ.ꝛ quod dixi supra in.xxxix. privilegio circa dotem per metū promissam. ¶ Quid autez si mulier maior promiserit dotem amplam cum non esset soluendo vel parum esset soluendo respectu tam magne quantitatis. Isto casu pñt distingui tres casus. ¶ Aut enim hoc fecit scienter vel igno
3 rāter aut sumus in dubio. ¶ †Primo casu mero iure obligatur qꝛ talis promissio censetur magis difficultas q̄ impossibilitas,ꝛ ideo non reddit obligationē nullā:l.continuus.ℒ.illud.ff.de ver. obli. Sicut dicimus in illo qui promisit mille marcas auri,vt per gl.in.l.ij.ℒ.de bis.ff.de verb.obli. Et iam fuit de facto in quadaꝫ vina que vt haberet virum pulchrum ꝛ iuuenem promisit oia sua bona in dotē asserendo ascendere ad valorez duoꝝ miliū ducatorum ꝛ postea ꝙperit vir contracto matrimonio hereditatē patrē nā illius mulieris esse magno ere alieno pressam, adeo quod vix ascendebat ad trecenta. Certum est.n.qō ꝓp hmōi dolū non pōt rescindi matrimoniū,lꝫ dederit cām ḡtractui cuꝫ matrimoniū sit quid spūale ꝛ sacramentale,vt per gl.in.c.veniens.de transact. Ideo nō pōt retractari rōne doli cōmissi etiam per restitutionez i integrū rōe minoris etatis.vt no.gl.ꝛ ibi doc.i.c.ex pte.ō resti. spo.ꝛ in.l.ait prętor.in prin.ꝛ ibi per Bal.ff.de mino. Et sic etiaꝫ nō pōt retractari matrimoniū rōne doli sine carnale sine spirituale.ſ.ꝑ igressuꝫ monasterij,vt ꝑ gl.no.in.c.ex parte.el.ij.ꝛ.c.dudū.de conuer.coniuga.ꝛ no.in.c.veniens.eo.tit.ꝛ per Inn.in. c.ij.eo.titu.ꝛ in.c.cū dilectus,qō met.can. imo ēt simplex obligatio sine alia solenni professione non vitiatur vt habet in.c.presentia de proba.ꝛ ibi no.lꝫ tunc vitiet ista obligatio bonoꝝ facta expresse vel tacite in monasteriū rōne dicti doli ſm glo.singu.in c.ℚstituit.xx.q.iij. Et tꝫ Innoc.in.d.c.dudū.dicendo qō bona debēt reseruari venientibus ab intestato. Sed hec vñr ꝓcedere q̄ monasteriū,ꝛ sic totū capitulū ꝙmisit talē dolū,nō sic si aliqd, de monasterio,per id qō bī in regula delictū.in.vj.ꝛ qō ibi per gl.ꝛ xvj.q.vj.c.epm. Itez ꝓcederet qnādo dolus fuit malus,qꝛ principaliter fuit inductus ad ingressum ꝓp spem querendoꝝ bonoꝝ illius. Secus forte si bono zelo.ꝛ sic dolus fuit bonus vt ꝑncipaliter ꝑficeret anime illius,licet forte secundario monasteriuꝫ applicauerit animū ad ipsa bona. Et ita in dubio debet presumi qō principaliter bono zelo.arg.l.merito.ff.pro soc.qō ēt tꝫ Abb. sic.in.c.dudū. Sed ego dicerē qō etiam q̄ malo zelo tūc illa bona debeāt assignari venientibus ab intestato demū expectata morte naturali illius ingressi. Et sic interim erunt apud monasterium qꝛ talis successio respectu venientiū ab intestato dꝫ expectare mortē naturalem.argumen.l.ex facto.ℒ.ex facto.ff.ad trebel.ꝛ.l.statim florus.ℒ.cornelio felici.ff.de iure fisci. Ad propositū ergo potest dici qō tale matrimoniū valuit,nec potuit retractari ꝓp huiusmodi dolum,ꝛ etiam respectu dotis valuit ℘ctus. Nec tñ mulier posset iuuari per bñficiū ne queniatur siue exigat vtraq̄ facere possit de quo in.l.maritū.ff.sol.ma.cū si.ex quo sciēter ꝛ sic dolose ꝓmisit talē dotē ꝑ tex.no.in.l.pe.ff.de iure do. Cū tale bñficiū ꝑdat ꝓp dolū.l.ēt.ℒ.lꝫ.ff.solu.mat. Et eadē rōne quis deberet etiaꝫ perdere bñficiū cessionis,per id qō bī not.in.l.fi.ℒ.fi.ff.que in frau.cre.ꝛ per By.insti.de actio.ℒ.item si qs in fraudez. Tū tu dicas ꝓrium cū illud beneficiū detur ad finē vt qnis nō detrudat in carcerem. Mulier aūt ꝓ quonis debito ciuili non pōt incarcerari,vt in anc.sed nono iure.C.de offic.diuer.iudi.

**Posset** tñ expelli a viro ꝛ alimēta sibi denegare pp non solutā dotē ei ꝓmissaꝫ,ꝑ id qō bī i.l.fi.C.ad velle. Tñ iure canonico qō seruādū est in hac materia nō posset vir ꝓpria auctoritate expellere,sed cum indicio ecclesie per id qō bī in.c.porro.de diuor. Tñ si socer fuit in tali dolo nō solū sibi dere gare bñficiū illud ne exigat vltra q̄ facere possit ꝑ tex.i.d.l.pe. in fi. Sed ēt posset detrudi in carcerē circūscripto dicto bñficio cessionis,ꝑ id qō bī in.d.ℒ.fi.l.fi. Sup quo tñ vltio esset cogitādum,qꝛ actus incarcerandi est iniuriosus ꝛ turpis.l.cū ꝛ filij.C.q bo.ced.pos. Et hmōi remedia turpia cessant nō solū inter ℘inges sed etiā inter generū ꝛ socerū.l.nihil.ff.rerū amot. iūcta.l.ij.eo.titu.qō no. Sed pone qō pī nō habēs nisi vnicā filiā vt eā bñ collocaret dixit instro dotis vel in pñtia testiū ꝑ dote dabat bī dita tē suam post eius mortē. Jam hoc vidi ō facto tractari.tñ potest dici qō lꝫ bī ditas nō possit inter vinos pacto dari vt.l.i.ff.de bere.vel acti.vendi.ꝛ.l.hereditas.C.de pac.inē. Tñ ergo ꝓcedit qñ agere posset qō qs habeat ius hereditariū,ꝛ sic tanc̄ bī s dicta bona ℘sequat,tñ secus si appareret de partiū intentione qō voluerit donare vel aliter ḡcedere bona sua post mortē, qꝛ tūc valeret ꝑ id qō bī in.l.fi.C.de pac.ꝛ ibi ꝑ gl.ꝛ doc.ꝛ in.l.lꝫ inter pria nos eo.ti. Sed si essemus in casu dubij qꝛ aliter non ℘staret de dicta intentione,tunc,vt actus magis valeat q̄ pereat.l.semper de reg.iur.cū si. Sici pōt ꝑsumi iniisse animū ḡcessisse bona sua simpliciter,ꝛ nō ꝓprie hereditatē ipsam. Tñ nō incōuenit aliq̄ qō verba impropriētur adhuc vt actus saluet,ꝛ nō deducat ad irritū l.lꝫ ꝛ si possessori.ℒ.ff.de iureiur.ꝛ alias ꝑ gl.no.i.l.ꝛ puto.ℒ.i.ff. fami.her. Et maxime pp subiectā materiā ℘ctus dotis q̄ datur vniuersalitas bonoꝝ.l.j.ℒ.vniuersale.ff.de vsuca.pro dote.ꝛ in.l. nulla.C.de iure do.ꝛ.l.mulier bona cōia.ff.de iure dot. Et sic non inconuenit qō improprient verba ℘ctus pp subiectam materiā.l. si stipulatus.ff.de vsu.ꝛ.l.ꝛ si vno.ff.loc.optime confert tex.iūcta gl.no.in.l.quesitum.ℒ.si seruus.ff.de leg.j.ꝛ ibi per Bar.ꝛ doct. que interpretatio maxime procedere debet in dote ꝓpter infinitos eius fauores.

¶ Preterea non minori aliquando vtitur privilegio mulier in dote q̄ ipse miles in testando, vt habetur notabiliter in.l.dotalez. ff.de testa.mili.ꝛ ibi notabiliter. Et tamen fauore militis valeret donatio hereditatis collata post mortem etiam quando donauit tanc̄ hereditatē,vt est casus singu.in.d.l.lꝫ inter priuatos, ergo debet valere multomagis fauore mulieris qñ expresse non appareret qō tanc̄ ꝓpriam auctoritatē donauerit. Verū posito sine ꝓ iudicio qō talis ℘ctus nō valeat,ꝛ maxime si probaret qō intentio fuisset illius soceri ꝓprie ipsaꝫ hēditatē voluisse dare in dotē pōt adhuc dubitari an ille vir remaneat in totū delusus ꝛ sine dote.nam Bal.sensit quod sic.in.l.pactū qō dotali.C.de pac.lꝫ ponat terminos ſm qō ibi habet in tex.puta si pater forte senex promisit genero futuro ꝛ filie relinquere ipsi filie suā hereditatē post eius mortē,ꝛ quod illa cederet in dotē. Sed potest teneri contrarium,qꝛ est verisimile talē virum erroze iuris dictū fuisse quia nō accepisset aliter vxorem indotatam.arg.l.cū de indebito.ff.de ꝓba.qui erroꝛ iuris eum excusat vt sibi non noceat in damnis.l.iuris ignorantia,cum sequentibus.ff.de iur.ꝛ facti ign. Et titulus dotis respectu viri est onerosus.l.ex promissione.ff.de act.ꝛ oblig.ꝛ l.fi.ℒ.si a socero.ff.de his que in fraudē credi. Tñ non videt esse equū talē virū sic remanere lesum ꝛ deceptum ꝛ esse habiturū talē mulierē indotatam. Nam etiā non parꝫ versatur interesse mulieris.vt remaneat cū suo viro indotata,ꝛ ꝓp hoc ab eo sit spernē da ꝛ reijcienda.d.l.fi.ad velle.ꝛ facit.l.cū dotē.ℒ.sinautē.ff.solu. matri. Et ideo posset huic viro succurri ex equitate.d.l.ij.C.de rescin.ven.vt possit agere ḡtra dictū socerū tanc̄ sit enormiter lesus in constitutione dotis non solum in duplū,sed etiam in totū ex quo nihil consequi potest. Et si dicis quod tale remedium.l.ij.est rescisinum,que rescisio non cadit in terminis nostris ex quo contractus est ipso iure nullus.l.nam si sub conditione.post princi.ff. de minu.rup.ꝛ.l.in causē.la.ij.ff.de minori.

**Potest responderi** vt ℒ.dixi.in.xxxix. privilegio.vez qō talis promissio est nulla respectu rei in promissionez deducte,sez ipsius hereditatis,tñ remanebit promissio valida perinde ac si esset facta sine expressione alicuius rei vel q̄ſtitatis ex quo inter partes vī actiū sal tem in genere quedam vt maritus habeat dotē,vel poterit agi ex egrate.l.iure succursum.ℒ.fi.ff.de iure do.quod remedium fauore

dotis indulgetur etiaz maiori qñ esset deceptus re ipsa .i. enormiter ⁊ ibi loquit nõ solũ in muliere decepta re ipsa sed ét in viro circa dotem sibi promissam vt pz in tex. ibi circũuentus sit alteruter

4 Et ſm ꝓdicta si vir esset † deceptus in dote, qz credebat fundũ in dotẽ valere ducẽta vbi nõ valebat cẽtũ, vel mulier dederit i dotẽ nomẽ ꝺbitoris ꝑ ducẽtis vbi attẽta eius inopia, vel alia sua mala ꝙdõne tale nomẽ nõ valebat cẽtũ poterit vir iuuari ex equitate. d. l. iure succursuz cũ re ipsa sit deceptus ét si mulier vel socer nõ fuissent in dolo ex ꝓposito forte qz credebant verisimiliter tale ꝑ dium vel nomen debitoris esse valoris ducentoꝝ, ⁊ ita asserebãt. Nam saltẽ nõ potest negari qn vir sit lesus enormiter q̃ lesio enormis causat dolũ quendã reipsa vt hr̃ in. l. si quis cũ aliter. ff. de ☞. obli. ⁊ in. d. l. ij. vnde tale remediũ. d. l. iure succursum lz derivet ab eadẽ equitate prout derivat remediũ. d. l. ij. tñ bz diversuz modũ ꝙcludendi, qz non per modũ alternatiuũ, sed solũ per modum precisum intentaꝫ vt dos ipsa reducaꝫ ad modũ quentẽtẽ ⁊ decẽtem viro ⁊ vxori qđ bene not. ad dicta. ☞. si aũt dicta lesio nõ esset enormis qz forte nõ esset dos ꝙstituta. ℣. dimidiã ꝙgrue dotis sed ☞. dimidiam parti pretij a principio inter partes nominati pro dote. Et tunc imputaret̃ viro per id qđ habeꝫ in. d. l. in cause. ℣. fi. ⁊ in. d. l. itẽ si pretio, nisi vir fuisset deceptus dolo ipsius mulieris, vel soceri ex ꝓposito per id qđ no. ibi gl. ⁊ bene facit pro hoc vltimo. d. l. iure succursum, ſm vnum intellectum glo.

¶ Quid aũt si vir nõ fuit deceptus in valore rei vel nominis dati in dotẽ, ſz in ipsa dote, puta vbi dos respectu sue ꝙditionis patrimonij mulieris erat ꝙgrua in mille accepit pro dote valde mi-

5 nus forte illectus calore amoris siue feruore. Dic qđ isto † casu si esset minor. xxv. annis restitueret̃ in integrũ rõne minoris etatis. per id qđ hr̃ in. d. l. si ex causa. ℣. in dotis. ff. ỏ mino. Qui tex. lz loquatur in muliere circunuenta. tñ idem dicas eadem rõne in viro cum iudicentur a pari. l. fin. C. de indi. vidui. tollẽ. ⁊. c. gaudemus de diuoꝝ. Et maxime in circunuentiõe dotis in. d. l. iure succursuz

6 ibi circunuentus sit alteruter. † Si autẽ esset maioꝝ, ⁊ tunc potest ꝙcludi idem qđ. ☞. in muliere, videlicet qꝝ si esset deceptus qz haberet minus q̃ꝫ dimidiam congrue dotis poterit iuuari ex equitate. d. l. iure succursum iuncta etiam equitate. d. l. ij. de rescin. vendi. Cuius equitas etiaz militat in ꝙtractu dotis, vt supra dixi per gl. in. d. ℣. in dotis, si autez lesio nõ esset enormis, ⁊ tunc sibi imputabit̃ nisi fuisset dolus ex proposito vt supra est dictum in muliere que omnia sunt bene notanda in practica.

## ❦ SVMMARIVM ❦

1 Indebitum solutum per errorem pro dote mulieris nupte non repetitur.

2 Solutum pro qualibet causa pia non repetitur si apparet ex pietate solutum.

¶ Priuilegium quadragesimumquartum.

# Quadragesimumquartum pri-

1 uilegium est † qz lz alias indebite solutũ per errorẽ repetatur per ꝙditionem indebiti, tñ fallit qñ solueret̃ pro dote alicuius mulieris nupte. Nã cũ cesset tunc repetitio non obstante tali errore est casus singularis in. l. cum bis. ℣. si mulier. ff. de ꝙdi. inde. Sed aduerte quia Bar. ibi qđ cõiter sequunt̃ ibi doc. videtur restringere illũ tex. qñ soluens soluebat pro alia muliere dotẽ, ⁊ cã que inducebat eum ad credendum se obligatum eratcausa pietatis, qz credebat se teneri ex pietate ad dotandũ talem mulierem vbi de iure non tenebaꝫ puta si erat mater, vel frater, vel alius ꝙiunctus q credebat se teneri ad dotandũ talẽ mulierez ex officio pietatis quo casu solutum ex hac cã, lz de iure nõ vera tñ nõ repetitur, vñ secus si ex alia cã ꝑ errorẽ soluisset talẽ dotẽ ꝑ muliere, vt ibi per eũ. Sed vt dixi. ☞. in. v. parte ille tex. dz intelligi capiẽdo cãm pie

2 tatis stricto mõ, vcz qñ ꝑ † muliere paupere ⁊ non valente se de suo dotare, quia tunc vere ⁊ proprie subest cã pietatis. Nã causa dotis ꝑt ꝙsiderari esse cã pia dupliciter. Primo per modũ largũ propter matrimonium ex tali pietate põt quenire etiã circa mulierem diuitem ⁊ talis cã pietatis põt operari effectum vt indubio presumaꝫ donatio in quocunqꝫ ꝓmittẽte vel soluente dotẽ ꝑ muliere etiam diuite. ⁊ ita procedit text. in. l. i. ℣. accedit. C. de rei vxo. ac. ⁊ qđ no. Bar. in. l. que dotis. ff. solu. mat. Sicut ét alios operatur effectus, vcz vt mandatum nõ expiret morte mandantis, vt, l. j. ℣. si ego. ℣. j. ff. de iure. Sicut idẽ in qualibet pia cã puta libertatis. l. si pr̃. ff. de manu. vindi. ⁊ per Bal. in. l. mãdatũ. C. mã

da. in. iij. col. ⁊ in. l. sicut. C. de actio. ⁊ obliga. nõ attẽto an mulier sit diues vel pauper. Sicut ét ad effectũ insinuationis nõ necessarie in ꝙcessione dotis ét facta ab extraneo. vt. l. fi. in prin. C. de iur. dot. Et isto casu nõ haberet locũ dispositio. d. ℣. si mulier. Secundo mõ ꝙsideratur cã pia in dote magis stricte. vcz qñ daꝫ dos pro muliere paupere, ⁊ tũc proprie procedit tex. in. d. ℣. si mulier. quia nõ põt negari qđ fecerit ex pietate, licet crederit ille qđ. d. cã pietatis artaret eũ de iure ad solvẽdũ dictã dotez. Nã cessante dicto errore remaneat cã pietatis ex qua se monit ad solvẽdũ ex qua cã pietatis solutũ sine dubio nõ repetitur. Et idẽ posset dici in omni alia cã pia. Nã ponamus qđ qs redimat sanguinez suũ ab hostibus solvẽdo magnã quãtitatẽ vel qđ qs eroget pecuniã pro funere sui ꝙsanguinei, tunc si nõ appareat quo animo soluerit, põt repetere. l. si qs. ℣. sed interdũ. ff. de religio. ⁊ sump. fune. Et idẽ in redimẽte captiuũ nisi eét mr̃, qz tunc presumit̃ potius qđ aio repetẽdi q̃ꝫ donandi. vt hr̃ in. l. liber captus. C. de cap. Si aũt appareat qđ hoc fecerit ex pietate forte hoc exprimẽdo, tũc lz nõ dixerit qđ animo donãdi. vt in. d. ℣. sed interdũ. ⁊ bene ꝓbatur in. d. ℣. si mulier. in fi. ⁊ hoc qñ spõte solvit nõ credens se ad hoc teneri. Aliqñ aũt quis solvit ex pietate tñ nõ spõte, sed credit se ad hoc obligatũ de iure pp officium pietatis ⁊ nõ repetitur. Casus est singula. in. d. ℣. si mulier. Et sic idẽ dõm est in redimente suũ coniunctũ ab hostibus, forte persuasus est inductus ad hoc faciendũ ab aliqua persona ad instãtiã ipsius capti ex eo qđ diceret ipsum esse obligatus ad redimendũ talẽ captiuũ. Maz si magnã quãtitatẽ solvisset non posset repetere qñ tpe redẽptionis ille captus erat non soluendo, secus si eét soluendo, qz tunc talis credulitas causaret errorem magis supinum, ⁊ ideo tunc repeteret, ⁊ idẽ in solvẽte dotem pro muliere sibi forte attinente. Nã si tertia ꝑsona forte doctor volens fauere tali mulieri, induxit illũ ad solvẽdũ dictã dotẽ asserẽdo quod de iure ex officio pietatis tenebatur soluere. Nã tunc siquidẽ illa mulier erat pauper, nec aliter poterat se dotare de suo tũc nõ repetereꝫ lz errasset in iure. Et licet forte ꝑ dolũ fuisset inductus ad ita credẽdũ, ex quo nõ põt tũc negari subesse cã pietatis ex qua solutũ nõ solet repeti ét cessante dicto errore. Si aũt dicta mulier poterat se dotare de suo, lz forte nõ cũ tam ampla dote prout ille solvit, ⁊ tũc posset repetere qz tunc cessat causa pietatis que non potest excludere repetitionez soluti, licet ille crediderit se ex pietate teneri, qz talis error põt magis appellari grossities q̃ꝫ simplicitas, ⁊ sic magis videtur succurrendum tali solventi pretextu talis erroris, licet supini ex quo tractatur de damno ⁊ perdendo, vt l. iuris ignorãtia cum seq. ff. de iur. ⁊ facti igno. Cum etiam in facto proprio error supinus nõ impediat repetitionez soluti. l. sed si me putem. ff. de condi. inde. Unde cogita quia hec sunt bene notanda ad intellectum illius tex. in. d. ℣. si mulier.

## ❦ SVMMARIVM ❦

1 Solutum vel promissum etiam pro muliere diuite presumitur ex causa donationis speciali fauore dotis.

2 Mater ⁊ alij coniuncti administratores presumunt̃ de bonis mulieris dotasse. Non sic in patre administratore.

¶ Priuilegium quadragesimumquintum.

# Quadragesimumquintum pri-

1 uilegium est, qz † fauore dotis in dubio presumitur donatio. d. ℣. accedit. licet regulariter secus per regulam, de qua in. l. cum de indebito. ff. de proba. ⁊ in. l. si cum aurũ. de solu. cum simi. nisi alie concurrant coniecture ad presumendum dictam donationem de quibus per Barto. ⁊ doct. in. l. que dotis. ff. solu. mat. ⁊ in. l. cum quid. ff. si certum peta. Et procedit dispositio. d. ℣. accidit etiaz in muliere diuite que poterat ex suo patrimonio cõmode dotari cuz tex. ib loquatur indistincte, ⁊ ita communiter sequuntur doct. per illuz tex. ⁊ p tex. in. l. fi. C. de do. pmis. vbi plus probaꝫ qđ etiã pater qui artatur ad dotandum filiam promittendo intelligitur de suo, ⁊ nõ de bonis filie etiam habentis amplum patrimoniũ forte ex successione matris, ⁊ idem in matre ⁊ fratre ⁊ similibus.

2 ¶ † In hoc tamẽ differunt quia mater ⁊ similes si administrareꝫ bona mulieris presumereꝫ in dubio administratorio nomine dedisse vel promisisse dotẽ, vt ibi per Bal. ⁊ alios, bene facit. l. nec sennius. ff. de neg. gest. ⁊ hoc nisi talis mr̃, vel pr̃ scienter promissent vltra vires patrimonij dicte mulieris, qz tunc de suo intelligunt promisisse quatenus excedit etiam si dixerit quod administratorio nomine, vt est casus singu. in. l. cum post. ff. de admi-

nistra-

**Secundus** casus est si fuit dictum lego tali puelle si nubet, & tunc sine dubio ipsa decedẽte an teq̃ꝫ nubat non transmittit immo remanet apud hr̃des. d. l. titio centũ. ℣. titio genero. ver. si ante nuptias. Qð ẽt ꝓcedit si fuisset dictũ si nubet Titio & ipsa non possit nubere, qꝛ Titius postea est mortuus, & sic remanebit indotata, vt est tex. in. l. legatũ C. ð qdi. inser. An aũt beres teneaꝫ illam rẽ legatã quertere ꝓ alio matrimonio alterius puelle pauperis. ℣. tangetur.

**Tertius** casus est si esset dictuꝫ relinquo tali puelle ꝓ dote vel ꝓ se maritãdo seu nubendo, & iste est casus dubitabilis. Mã in ꝯctibus si ꝓmittit̃ per aliũ hoc mõ ꝓ dote vel se maritãdo nõ est dubiũ qð est qdõ, vt. ℣. dixi ꝓ iura. ℣. alleg. Sed in vltimis volũtatibus qõ est ardua. Et si ponerem oia q̃ reperio scripta in hac mã multas occuparẽ mẽbranas. & Bal. late disputando & alias disputationes recitãdo in. d. l. generaliter. finaliter dicebat qð si mulier non est talis ꝑsona cui non sit necesse relinq ꝓ legitima qð istud relictũ tanq̃ꝫ ad pinꝫ vsum relictũ censet̃, & sic non transmittaꝫ pp cãm finalẽ. alleg. ff. de cõdi. inde. cũ bis. ℣. si mulier. vbi est expressum, sed cã dotis in dubio cã finalis presumit̃. Nec ob. determinationi mee. l. tutor. ℣. j. ff. de excu. tut. qꝛ immo facit ꝓ me, qꝛ ibi non fuit expressuꝫ per modũ cãe. Mã si fuisset expressum ꝓ modũ cãe. puta lego decez cognato meo vt gerat tutelã, tunc non debet̃ si tutela non gerit̃, qꝛ destructo ordine perueniẽdi ad fi. &c. vt. ff. de excus. tuto. l. ne sennius. cũ seq. & ista est veritas, & qcũq̃ vult berlengare berlenguer, ista sunt verba sua ibi. Que opi. vr̃ cẽ ex medulla cordis ipsius bal. & cũ magno pẽsamẽto & tñ cũ reuerẽtia vereor ne sit friuola, qꝛ nõ sequit̃ qꝫ cã finalis legati fuit ipꝫ nubere, ℊ censet̃ cõ
3 ditio, & sic non transmittit. † Mã ẽt qñ legatũ fit expresse ꝓ modũ, q modus sic expressus est cã finalis legati, tñ si modus non põt impleri casu fortuito adhuc non remanet penes hr̃dẽ, ſꝫ remanet penes legatariũ vel eius hr̃dẽ, vt. ℣. dictũ est ꝓ. d. ℣. si fundũ per fideicõmis. & d. l. si qs titio. Mã ponamus qꝫ legaꝫ alicui vt suscipiat tutelã filij non est dubiũ qð ꝯcernit cãm finalẽ talis modus vt fateꝫ ipse bart. ꝓ. d. l. nesennius. & tñ ponamus qꝫ ille non exercet tutelã ex eo qꝛ non velit vel qꝛ se excusat, sed qꝛ non põt impedimẽto iuris certe non ꝓdit legatũ. l. cũ filius. ℣. non in re. ff. de leg. ij. & no. in. l. ab administratione. C. de leg. Uñ multo magis si morte preuẽtus nõ potuisset tutelã suscipe. d. ℣. j. & ꝓ gl. in. d. l. i. de instit. & substi. in. l. pr̃. ℣. tusculanus. ff. de leg. iij. Et sic eodẽ mõ si relinq̃reꝫ puelle ꝓ viã modi, puta vt nubat titio. Certe si titius vel ipsa interim moritꝫ nõ remanet legatũ apud heredẽ, vt. ℣. dixi. Mõ ergo est rõ illa qꝫ nõ presumaꝫ esse ꝯdõ, qꝛ censentur esse cã finalis legati ipse nuptie. Uñ mihi vr̃ qꝫ verior sit opi. Bar. & sequaciũ non ex rõne bal. vt. ℣. sed ex rõne a doctoribus non põderata, vꝫ qꝛ legando ꝓ dote vr̃ babuisse respectũ ad tps nuptiarũ, & sic matrimoniũ cũ dos nõ possit esse, nisi vbi est matrimoniũ & añ matrimoniũ non est dos, vt. l. fi. C. de dona. añ nup. & l. iij. ff. de iure dot. ergo anteq̃ꝫ nubat, & sic añq̃ꝫ possit esse matrimoniũ nõ debet̃ legatũ. Sic ẽt si dicereꝫ, lego tali mulieri centũ ad se maritandũ. Sic ẽt si dicereꝫ, lego titio cẽtũ ad honorẽ sui ꝯsulatus cũ non esset ꝯsul. Mã ista est ꝯdõ qꝛ anteq̃ꝫ sit ꝯsul non põt subesse ſba dicti legati, vt. l. publius. ff. de qdi. & demon. & ista est rõ que mouit iurisperitos ad disponendũ qð promittẽdo quis certũ quid pro dote alicuius mulieris talis ꝓmissio dꝫ in se tacitã conditionẽ, vt in terminis probat̃ in. l. tali. ff. de iure do. dum dicit deberi ex die quo dos. i. quo nuptie sunt &c. & non magis est intuenda res ipsa q̃ꝫ sonus verborum dicit tex. in. l. promittendo. eo. tit. que ratio eodem modo militat in vltimis voluntatibus, & bene facit. l. a titio. ff. de ver. oblig.

**Preterea** legando testatoꝛ pro dote tali mulieri hoc non vr̃ esse onus adiectũ mulieri. Sed totũ vr̃ esse adiectũ ipsi hr̃di granato, vꝫ granãdo hr̃dẽ certo mõ quo casu ipsi granato adijcit̃ onus. & sic totũ hoc explicãdũ per granatũ, tunc vr̃ magis importari ꝯdõ q̃ꝫ modus, secus qñ adijcit̃ honorato, vt no. declarat bart. in. d. ℣. termilius. ita intelligẽdo tex. in. l. a testatore. eo. ti. & maxime ẽt qñ hoc dependet ex iuribus fortune, qꝛ eẽt possibile qꝫ anteq̃ꝫ nubat vel sit nubilis etatis moriaꝫ. † Uñ posset ex hoc inferri qð ẽt si esset dictum hoc
4 mõ, lego tali mulieri centuꝫ ꝓ dote vt nubat Titio, ex quo non põt dari ꝓ dote, & qð sit dos nisi nubat qð erit ꝯdõ & nõ modus ꝑ supradictam rõnem. Nam lꝫ ipsum nubere sit explicandũ per mulierẽ honoratã, tñ ipsum dare pro dote est onus adiectuꝫ cuꝫ dicta qualitate in ꝑsona granati, vt. ℣. dixi. Si aũt diceret̃, lego tali mulieri centũ vt nubat Titio vel simpliciter vt nubat, & sic non relinquit ꝓ dote nec dotis noie vr̃ esse tunc relictum ex quo hoc nõ expressit, vt etiã voluit Bal. d. l. legatũ, sed simpliciter legauit hoc mõ vt nubat, ex quo istud onus apposituꝫ simplr̃ in persona honorati non importat ꝯdõnẽ, sed simpliciter ipsuꝫ modũ, & iõ ipsa prius moriente anteq̃ꝫ nubat vel premoriente dicto Titio non remanebit apud heredẽ, vt. ℣. dixi, secus si dixisset si nubat. d. ℣. titio genero. ver. si ante nuptias. & d. l. legatum. C. de ꝯdi. inser. Sed tunc succedit pulchrũ dubium si esset dictũ relinquo Berte cẽtũ ꝓ dote si titio nubet, & titius moriaꝫ anteq̃ꝫ ipsa nubat, & per eã non remansit vel forte nondũ erat nubilis. Bal. in. d. l. legatum. mouet qõnẽ istã, qꝛ vr̃ qꝫ tunc non ꝓcedat legatum ſpãll fauore dotis, sicut est speciale fauore alimentorũ. l. i. C. de leg. ſm vnã lecturã que cõiter tenet̃. facit. l. annua. in prin. ff. de annu. lega. Sed ipse Bal. ibi tandẽ inclinat in ꝫ̃ũ per tex. cui forte non videbat posse rñderi in. d. ℣. titio genero. versic. si ante nuptias. Sed durũ mihi vr̃ qꝫ cã alimentorũ habeat maiorẽ fauorẽ dotis cũ pari fauore ꝓcedat, vt per Bar. in. l. cum de in rẽ verso. ff. de vsu. Immo maiorẽ cũ in dote verset̃ fauor nõ solũ pie cãe, put in alimentis, sed ẽt fauore reipubli. vt. l. i. ff. soluma. põt dici qꝫ si dicta puella erat paup adeo qꝫ si nõ hr̃et dictũ legatũ remaneret indotata, tunc lꝫ deficiant dicte nuptie ꝓ mortem dicti titij, nihilominus debet̃ sibi legatũ, & maxime cum videat testatoꝛ ẽt respexisse ad alimenta cũ dos sit relicta pauperi succedat loco alimentorũ, & maxime attenta mente testatoris ad hoc qð hr̃ alias in. l. cum hi. ℣. si in annos. ff. de transact. & in. l. si cui annuũ. ff. de annu. le. & sic militat rõ fauoris, de qua in. d. l. j. C. de leg. & in. d. l. annua. & ꝑ Bart. in. l. in illis liber. ff. de qdi. & demon. & in. l. in testõ. eo. tit. & gl. in. d. l. i. C. de instit. & substi. condi. fac. Si aũt dictũ legatum sic factum fuit factum mulieri diuiti que aliunde poterat se dotare, & tunc ex quo testatoꝛ non vr̃ habuisse intuitum ad alimenta, procedit tunc tex. in. d. ℣. titio genero. in ver. ante nuptias. & dictum bal. in. d. l. legatum.

## SVMMARIVM

1 Puella pauper cui factũ fuit legatũ vt nubat titio, & si Titius premoriaꝫ an dicte puelle debeaꝫ tale legatũ. & nu. 2. et. 3.

Et quid si talis puella nollet maritari, sed vellet religionem ingredi. & nume. 4.

5 Testatoꝛ si dixerit si filius meus decesserit sine filijs ex suo corpore descendentibus, an intrando postea monasteriuꝫ excluderetur substitutus contra mentem testantis.

¶ Primilegium septuagesimumseptimum.

**Ex** predictis resultat septuagesimũseptimũ spãle priuilegium fauore dotis ꝯ regulam de qua in dicto versi. ante nuptias. & in. d. l. legatũ. & ꝓ gl. in. d. l. i. C. de qdi. instit. pro quo ẽt facit qꝛ testator tũc proprie vr̃ habuisse respectũ ad piam cãꝫ, vꝫ anime sue, ex quo legauit pauperi per id qꝫ hr̃ in. l. illud.
1 C. de sac. san. eccl. Dicas tñ qꝫ dicta † puella paup non ꝙsequitur dictum legatum, nisi nubat alteri, qꝛ si nõ põt hr̃e locum eo modo quo testatoꝛ disposuit dꝫ conuerti in alium similem piumvsuꝫ, vt. ℣. tangetur. ¶ Quid aũt stantibus supradictis terminis nõ moriatur Titius, sed ipsa mulier anteq̃ꝫ nubat Titio, & erat
2 relictũ mulieri pauperi sine dubio † deficit tũc legatũ nõ solum in persona mulieris, vt nõ transmittaꝫ ad eius heredes, sed ẽt in persona dicti Titij ex quo deficit ꝯdõ nuptiarũ, vt in. l. i. ℣. sin aũt sub ꝯditione. C. de ca. tol. & in. d. ver. si ante nuptias. & in. l. legatum.

l.legatuz. ¶ Sed q̃ro nũquid reuertaꝫ ad hr̃dẽ cũ onere dictã pecuniã erogãdi in similẽ cãm.ꝛ vr̃ qõ non, qz qñ legatum efficit̃ caducũ vt p defectũ q̃dõnis, lz redeat ad hr̃dẽ cũ eodẽ onere.l.j.§.finaũt sub q̃dõne C.ò cad.tol.tñ qñ est tale onus qõ coheret pſone legatarij,vt est de nubẽdo,tũc redit legatũ ad heredẽ sine aliquo onere,vt ibi in ver.ne aũt ibi vxorez accipe ꝛc.tñ ꝛñ puto dõm in terminis.§.dictis,nã lz testator habuerit respectũ ad pſonã dicte Berte,tñ principalis mentio ꝛ cã finalis legati fuit ipsa pia cã,ꝛ q̃nter fauor aie testatoris, qz illa censeꝫ ſp cã finalis legati magis q̃ fauor pſone legatarij,vt dixi.§.in quinquagesimo p̃uilegio.ꝛ pbaꝫ in.c.veterũ.de q̃di.app.ꝛ ẽt iura volunt qõ relicta ad aliquẽ piũ vsum sine cãm piam si illa cã ad quã fuit factũ legatũ aliquo ex casu impediꝫ, tũc dz querti ad aliquã cãm similẽ ꝛ eque piã,vt hr̃ in.l.legatũ.ff.de vsufruc.lega.ꝛ ibi per bar.in.l.legatũ.ff.de admi.rer̃ ad ciuitatẽ ptinẽ.ꝛ in.c.nos q̃dẽ.de testa.ꝛ ibi no.ꝛ hoc ẽt põt decidi ex no.per Bart.in.l.post.§.tusculanus.ff.de leg.iij. Cñ ad ꝓpositum dico in terminis predictis qõ mortua dicta Berta teneꝫ heres eandẽ pecuniã erogare in dote alterius puelle paupis p aia dicti testatoris,ꝛ ita põt ad hoc cogi,maxime p epm per id qõ hr̃ in prealle gatis locis,ꝛ maxime in.d.c.nos q̃dẽ. Et hoc est verũ nisi talis puella cui a prin.fuit relictũ p dote vel vt nubat Titio,vel simpr̃ vt nubat fuisset pſona multũ q̃iũcta ꝛ dilecta testatori.adeo qõ esset verisimile q̃ non reliquisset alteri, qz tunc vr̃ magis relinquisse q̃templatione pſone q̃ pro aia,ꝛ sic dz attendi q̃ principaliter magis mouit testatorẽ,vt.l.q exceptionẽ.ꝛ ibi not.ff.de q̃di. inde.ꝛ alias in.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulg.ꝛ pupil. cũ si.vt ẽt hoc deprehendiꝫ ex dictis Bart.in.d.§.tuscnlanus. In dubio aũt p̃esumendũ est qõ magis q̃templatione pie cãe ꝛ aie q̃ persone vr̃ reliquisse fauore religionis ꝛ aie.arg.l.sunt pſone.ff.de relig.ꝛ sump.fune.ꝓm Bar.ibi no.ꝛ bñ facit qõ ipse Bar.in simili q̃clusit.in q̃.qõ incipit,testator in testõ.nu.xxvi. vbi oĩno vide.Et hec dicta p̃nt optimo arg. trahi. ad legatũ sic factũ p dote puelle paupi marit̃de q̃ interim moriꝫ, vt in terminis,hoc ẽt voluit Abb.sicu.in.d.q.nos q̃dẽ.ad finẽ fundando se sup dictis bar.in.d.§.tuscnlanus. vbi tñ dicit qꝫ si illa puella tã esset talis q̃dõnis,adeo qꝫ sit verisimile qꝫ non legasset alteri,puta qz dm stetit in seruiendo testatori in domo,nã vr̃ principaliter qꝫ magis ex cã remunerationis q̃ꝫ p aia legauerit, ꝛ sic qꝫ non legasset alteri alias teneret heres erogare p dote alteriꝰ puelle,vt ibi p eũ.facit qõ alias hr̃ in.l.cũ alienã.C.de leg.ꝛ als in.l.demonstratio falsa.ff.de q̃di.ꝛ demon.in gl.pe.ꝛ ibi p bar. Confert optime ad predicta qõ no.Bal.post Jac.de are.in.l.si qs ad declinandã.C.de epi.ꝛ cler.in.vj.col.in ver.q̃ro si testator.vbi dicit qꝫ lz qñ institutio est non scripta pp aliqõ iuris impedimentũ,tunc remanet hr̃ditas apud hr̃des ab intestato sine onere appoſito in.d.institu.vt.C.de cadu.tol.§.in primo tñ hoc procedit nisi onus q̃cernat piam cãm,qz tunc ẽt illud est explicãdũ per venientes ab intestato.alleg.ff.de fideicõ.liber.l.cũ non.§.si pro non scripto.ꝓm Jac.de are.in suo tractatu executorũ ꝛ ipse Bal.pro hoc alleg.l.eam quã.C.de fideicõ. ꝓm vnã lectura singularẽ ibi.ꝛ aduertendũ qz ex quo testator deputauit tale legatũ ad piũ vsum maritandũ non posset heres dicere volo expendere in aliũ pium vsum similẽ,puta pro dote alicuius capelle vel alterius,qz talis dos non q̃cernit pium vsum matrimonij. Immo ẽt epſs non põt dispensare sup tali q̃mutatione,sed solus papa posset ex abſoluta eius ptãte per id qõ hr̃ in cle.qz cõtingit.de religio.domi.immo legatus de latere non posset facere talem commutationem,vt voluit ibi glo.multo no.

Et sic põt q̃cludi qꝫ dicto casu heres dz dictã pecuniã expendere pro dote alterius puelle maritando eque pauperem ꝛ forte talem electionem non posset facere heres sine epõ loci,nec epſs sine herede per id qõ hr̃ in.l.legatũ.ff.de vsufruc.lega.ꝛ in.d.l.legatũ.de admini.rerũ,qz non põt negari qꝫ non altereꝫ legatũ primũ pp impedimẽtũ ſequẽs ex morte puelle cui fuit relictũ,ergo non põt solus heres,nec solus epſs, p ibi no.per Bar.ꝛ bñ ad predicta facit no.Jac.de are.in.d.l.si qs ad declinandã.put ẽt ibi refert Bal.in.iiij.col. vbi dicit ita cõsuluisse Jac.bur.ꝛ doc.decretalistas ꝛ legistas qõ legatũ factuz pro ſustentatione vel alimentatione paupeꝝ non põt querti per epm in redẽptionẽ captiuoꝝ, lz videant hec inter similia ꝛ magis in terminis ipse Bal.in.l.i.C.de his que pe.no. ad fi.idem dicit in legato facto pro puellis maritandis,vt non possit ẽt per epm in alium pium vsumquerti,vt ibi pre cũ. Illud tñ de legato pro alimentis paupeꝝ non proceder et si simpliciter esset legatum p distribuendo inter paupes, ꝛ pro ſustẽtatione paupe-

rum,qz tunc posset querti p redẽptione captiuoꝝ pauperuz cuz non dicaꝫ aliqua q̃mutatio legati,vt ꝛ alias per Jo.an.in.c.fi. de testa.de legato facto,vt bona sua erogent̃ paupibus,vt tunc possit expẽdi pro refectione alicuius ecclesie indigentis,vt ẽt refert Bal.in.d.l.si quis ad declinandam. ¶ Ex quo ẽt posset inferri qõ si heres vellet dictam pecuniam dare pro dote alicuius puelle paupis q̃ vellet intrare monasteriũ non posset nec posset epſs dispẽsare ex quo non seruaꝫ voluntas defuncti circa enndẽ vsum piũ,put erogauit testator qñ legauit dicte mulieri p dote vel p ea maritanda,vel vt nubat qõ ẽt fuit de mẽte Bal.in.d. auc.nisi rogati. vbi voluit qõ executores dati in testamento ad virgines maritãdas non poterunt pecuniã erogare p dote puelle q̃ vellet intrare monasteriũ ẽt pauperis,qz non põt negari qꝫ altereꝫ vsus pius. Nec ob.d.auct. qz illa dz intelligi in proprijs suis terminis,vez qz talis alimẽtatio fieret p eandẽmet puellam an fuit factũ legatũ pro ea maritanda qõ illud fiat illo iure nouissimo p̃mittẽte ne impediaꝫ ingressus monasterij vt.j. subdeꝫ. Nec posset epſs allegare talẽ vsum piũ dispositũ per testatorem nisi in casu necessitatis,vez qñ subesset aliqõ impedimentũ iuris vel facti,ꝓpter qõ mandatũ testatoris non põt hr̃e effectum eo modo quo dispoſuit,vt hr̃ in.d.l.legatũ.ff. de vsufruc. leg.ꝛ ibi per Bar.in.d.l.legatum.de admini.rerũ.ꝛ in.d.c. nos quidẽ. ꝛ per Bal.in.d.l.si quis ad declinandã.ꝛ in.d.l.j.C.de his que pene no.ad fi.Et si dicaꝫ quod non vr̃ alteratus pius vsus cum per vtrunq̃ modũ dicaꝫ q̃bi matrimonium, vez qz vnum est corporale ꝛ alterum ſpirituale quod ſpirituale vr̃ magis prenalere ꝛ maioris esse fauoris per id qõ hr̃ in.c.ij.ꝛ.c.fi. de transla.prela.ꝛ.c.ex parte.ꝛ.c.ex publico.de quer.q̃ing. qz rñdetur qõ lz vtrũq̃ dicaꝫ matrimoniuz, tñ de tali matrimonio ſpirituali non vr̃ sensisse testator,per id qõ hr̃ in auct.cui relictum.C.de indic. vidu.tol.ꝛ in corpore vnde sumiꝫ,vbi q̃dõ legati facti per conjugẽ si ad alias non transierit nuptias non intelligitur defecta si mulier fuit facta monacha.immo ibi dr̃ quod dicto casu deficit spes nuptiarũ,qõ maxime ꝓcedit attento cõi vsu loquendi ꝛ intelligendi ipsius vulgi per id quod hr̃ in.l.liberorum.§. quod tñ cassius.ff.de leg.iij.ꝛ in.l.labeo.§.idem tubero.ff.de suppel.leg. vnde attenta verisimili mente testantis diceret̃ heres ad diuersum vsum expendisse pecuniam legatam. Et lz dicta puella cui fuit taliter legatum posset consequi intrando monasteriuz,vt hr̃ in.d.auc.nisi rogati.C.ad treb.ꝛ in corpore vñ sumitur quod vr̃ procedere ẽt si esset dictũ pro Berta maritanda per carnale cõ iugium per.j.dicenda,tñ illud non procedit ex eo quod videatur impleta voluntas testatoris, sed speciali fauore religionis ꝛ ne aliter dicẽdo impediaꝫ vita q̃templatiua,ꝛ sic ne ꝓpter hoc tollaꝫ libertas ingrediendi monasteriũ,vt tenẽt doc.in.d. auc.nisi rogati.ꝛ in.c.in presentia.de proba. quo respectu dr̃ dicta q̃dõ nuptiarũ haberi p non scripta ꝛ inualida,vt dicit tex. in corpore ibi tales conditiones ꝛ inualidas ꝛ pro nõ scriptis hr̃i que rõ cessat in casu nostro cum non impediatur talis libertas in persona cui fuit relictum. ¶ Et per predicta infero † qꝫ qñ esset factum legatũ pro dote mulieris,vt nubat certe persone ꝛ illa persona esset mortua añ nuptias,lz.§.dixeriz qõ legatũ non euacuatur qñ illa puella erat paup,tñ debẽt querti in enndẽ vsum piũ, vez vt nubat alteri,sed si nollet nubere tunc posset heres ꝛ teneꝫ querere p alia puella paupe maritanda p.§.dicta.verum si illa vellet religionẽ ingredi põt nõ improbabiliter dubitari,an tũc q̃sequaꝫ legatũ. Nam prima facie dõm vr̃ qꝫ sic per id qõ hr̃ in d.auc.nisi rogati.ꝛ in corpore vñ sumiꝫ. Sed ad illũ text.posset rñderi,vt ꝓcedat qñ legatum esset factũ simpliciter sub q̃dit̃oe nuptiarũ non expressa aliter certa persona. Nã si esset dictuz vt nubat Titio sine dubio vr̃ tenendum qõ illa si recusaret nubere Titio non posset religionẽ ingrediẽdo q̃sequi hmõi legatũ,nec dicto casu dicta q̃ditio habereꝫ pro inualida ꝛ pro non scripta si Titius esset persona sibi digna.l.cũ ita.ff.de condi.ꝛ demonstr. Cõtinere etenim vr̃ duo capita tale legatũ,vez quod nubat ꝛ qꝫ Titio nubat. Et sic lz † ex primo capite solo posset eludere talẽ conditionẽ intrando monasteriũ,tñ non ex secundo cum respectu illius capitis q̃dõ sit honesta ꝛ dz seruari ad vnguẽ vt seruetur mens testãtis,ꝛ cũ dispoſitio.d.§.sed hoc presenti.in auc.de sanc.epiſ.vnde est extracta.d.auc.nisi rogati. sit exorbitans nõ solũ a regulis iuris volentibus conditionem debere impleri in forma ꝓpria ꝛ specifica.l.meuius.ꝛ.l.cui fundus.ꝛ.l.qui hr̃di. ff.de condi.ꝛ demon. Sed ẽt a mente testantis. ideo non dz extendi ad alios terminos q̃ ibi positos,vt no.doc.post gl.in.d. auc.nisi rogati.per id qõ hr̃ in.l.ius singulare.ꝛ.l.qõ vero.ff.de leg.cum aljs vulgaribus. Intantum qõ cõmuniter renent do-

5 cto. †qp si testator dixerit si filius meus ꝺcesserit sine filijs ex suo corpe descẽdẽtibus, tñ intrãdo postea matrimoniuz excluderet substituus ꝯ mẽtẽ testãtis qcqd aliter voluerit Ricar. malũ. vt qsulnit By. z ẽt ipse By. z bar. tenuit in. l. si ita quis. §. i. ff. de lega. ij. z bar. in. d. auc. nisi. z in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. ob. z ẽt ipse qsuluit in suo qsilio qp incipit, nurciẽsis qdã, z ẽt cõsuluit Fran. trigi. de Pisis, tz Ant. de but. z Abb. sicu. z cõiter canoniste in. c. in presentia. de proba. z Ang. in. d. auct. nisi z ẽt in. d. §. sed hoc presenti. z ẽt qsuluit Bas. cal. z est cõis opi. ne ipediat libertas ingrediendi monasteriũ, z ẽt vita contẽplatiua, vt. ſ. dixi. cũ ergo dicta dispositio sit nõ solum ꝯ iuris regulas, sed ẽt ꝯ mentẽ testantis nõ ꝺz extendi extra terminos, suos vt ẽt voluit gl. in. d. auc. nisi. z no. doc. post Jo. an. in. d. c. presentia. ergo nõ ꝺz extẽdi ad casum qñ qditio nuptiarũ adheret certe persone cui nubat. Ex quo sequit̃ qp ex quo nõ põt nubere dicto Titio premortuo ꝺz seruari volũtas defuncti qui relinqt ad pia causaz in eadẽ pia cã, vcz nubẽdo alteri nõ aũt ingrediẽdo monasteriũ cum a principio dictũ legatũ habuit dictã certaz formã, vcz matrimonij carnalis ineũdi q̃ nõ poterit in matrimoniũ spũale, vt. ſ. nõ. n. dispositio q̃ a principio habuit certam formã põt ex post facto mutari. ar. l. insulã. intra biẽniũ. ff. de verb. ob. Jn ꝟiũ tñ facit qz res vꝝ reducta ad eũ statũ prout si a principio fuisset factũ legatũ sub solo primo capite. ſ. nuptiaz ex quo illud ꝑm caput deficit sen est factũ impossibile, vt alias bꝝ in. l. si quis ita institutus. ff. de qdi. insti. z alias in. l. celsus. ff. de arbi. z alias in. l. si mihi z tibi. §. si quis seruus. ff. de le. i. z ibi p bal. in l. hec scripta. ff. de qdi. z demõ. quo casu qñ esset factũ legatũ tali mulieri pro ea maritãda posset ingredi religionẽ ẽt si testator dixisset pro ea maritãda p ꝟingiñ carnale, vt. ſ. dixi, qz talis qdõ reiciẽ z bre pro nõ scripta fauore obligationis p illũ tex. in. d. §. sed hoc pñti. Ergo vꝝ qp dicta mulier mortuo illo Titio possit qsequi legatũ ingrediendo religionẽ, lz hoc resultaret ꝯ intentionem testantis, z forte hec opinio est verior, lz non transeat sine dubitatione. z docto. non tangunt.

## SVMMARIVM

1 Verba enuntiatiua de preterito ẽt pp aliud probant z disponunt fauore dotis.
2 Instrꝝm diuisionis si reperiat̃ inter fratres in quo fiat mẽtio de detrahenda dote vxoris alterius fratris q̃ fiunt in tanta summa, talia verba prosunt dicte vxori pro sua dote qsequenda.
3 Confessio an prosit parte absente fauore dotis.
4 Confessio vel promissio nõ prodest fauore fisci si nullus sit presens qui pro fisco recipiat.
5 Verba in instrõ qp socer soluit. x. pro rata centuz dotis promisse faciunt fidem de dicta dote centum promissa.
6 Promissio facta de soluẽdis vsuris p certa sorte principali facit p̃sumi obligationẽ sortis p̃cessisse fauore dotis, al's secus.

### ¶ Priuilegium septuagesimumoctauum.

1 **Septuagesimumoctauũ** spãle priuilegiũ est †qz verba enũciatiua de preterito ẽt. ¶ Additio. Etiã pp aliꝺ. Verba enũciatiua ꝺ futuro emissa vel de p̃terito sine expꝛssiõe rei pp nõ disponũt. l. titia. la. i. in prin. de le. ij. z ibi bar. secus si res species vel q̃litas fuisset expꝛssa, qz disponũt z emissa pp aliud. gl. ibi in verbo legasse. vide ẽt bar. in. l. ex hac scriptura. in ver. sed ꝯ p̃dicta vꝝ. ff. de do. z Ang. in reper. ver. verba.) pp aliud fidẽ faciunt z disponunt fauore dotis, vt est tex. sing. in. l. ij. C. de do. promiſ. intelligẽdo iuxta intellectũ ꝑm gl. ibi vcz qp ibi nõ apparebat expresse de dote promissa, sed solũ de promissione vsuraz p debito dotis vt ex hoc possit agi nõ solũ pro ipsis vsuris ꝓmissis, sed ẽt p ipsa sorte dotis tã q̃ ꝓmisse, z ita illũ tex. ad hoc allegauit bar. in fiñ in quoꝺã qsilio qp incipit, factũ sic se bz put ẽt refert z ẽt vꝝ sequi Pan. de ca. in suo qsilio qp incipit qp presata sententia arbitralis in ordine mihi. lxxij. vbi ponunt termini.
2 z fiñ in. d. qsi. bar. †quod reperitur instrꝝm diuisionis inter fratres in quo inter alia qtinet̃ qp alter frater debeat ante oia deducere tantã q̃titatẽ vel talẽ rẽ pro dote vxoris sue ab eo recepta z posita in cõi. Hã qcludit bar. qp vxor põt ex tali instrõmenti, lz aliã probationẽ nõ habeat, qz verba enũciatiua pro dote inducũt plenã probationẽ z allegat ad hoc casuz in. d. l. ij. nec ob. qꝺ fiat plata dicta muliere absente, qz ista diuisio est q̃ꝺã rõ qposita inter fratres. Sed rõ inducit probationẽ ꝯ qfitentẽ ẽt in fauorẽ absentis, ex quo qfecta est scriptura p notata p eũꝺẽ bart. in. l. nuda. ff. de do. z in. l. publia. §. fi. ff. de posi. z in. l. q̃dam. §. nummularios. ff. de eden. sicut liber rõnũ qpositus inter tutores probat ꝯ eos in fauorẽ absentis. l. fi. C. de arbi. nute. ista sunt verba bar. formaliter in. d. qsi. ꝑm Pau. vt. ſ. q̃ salte in dote q̃ est fauorabilis vꝝ posse pcedere ꝑm ipsum Pau. ibi lz qp regulr seruã dum esset qꝺ no. ipse bar. in. l. admonendi. ff. de iureiur. circa medium in ver. quid si instrꝝm publicuz. z per Cy. in. l. desideriuz. C. depos. z in. l. antique. C. ad velleia. in. iij. q. Sed ipse Pau. in. d. qsil. magis audacter concluſit in fauorẽ dicte vxoris, qz ibi fuit confessio reiterata postea in testõ dicti mariti vt ibi per eum latius. Super quo aduertendũ duxi, qz ex cã dotis nõ est dicendum qp instrꝝm celebratũ inter fratres super diuisione si alter de duxit ante oia certã q̃titatẽ vel rez q̃ꝺ dixit habuisse mutuo vel in cõmodatum a Sempronio z posuit in cõione qp dictũ instrꝝm probet in fauorẽ dicti Semproniꝝ, qz illa qfessio tanq̃ facta absente parte, z sic ipso Sempronio absente sibi prosit per id qp bꝝ in. l. fi. ff. de interro. ac. z in. l. certũ. §. si quis absente. ff. de cõfes. z no. in. c. fi. e. ti. z ẽt voluit Cy. in. d. l. desideriñ. z in. d. l. antique. z bar. in. l. admonẽdi. lz faciat semiplenã ꝓbationẽ, vt ibi p eũ notat̃ qcqd aliter voluerit bar. in. d. l. desideriũ. p illum text. Cy. tñ ibi dicit qp ille tex. hoc nõ ꝓbat z bñ dicit ꝓut gl. ibi ponit casum. Immo ipse idẽ bal. ibi in fi. dicit illũ tex. posse intelligi qp qfessio facta ibi fuit p̃sente vtraq̃ pte, z sic presente ipso ꝑmo deponẽte. Nec ob. rõ bar. in. d. suo qsilio dũ se fundat per id qp bꝝ in. d. l. nuda. z in. d. l. fi. C. arbi. tuto. qz illud ꝓcedit qñ verba scripture de directo diriguntur in ipsum absentẽ vt credito rẽ tanq̃ illa verba loquant̃ cum ipso absente p mediũ illius scripture vel libri rõnũ. z ita sunt termini bar. in. d. l. nuda. z in. d. l. certũ. §. si quis absente. Silr ẽt põt dici in terminis qsilij bart. 3
z Pau. de ca. vt. ſ. qz †nõ reperitur iure cautũ qp fauore dotis qfessio facta absente. ( ¶ Additio. Absente pte. Adde quod qfessio facta absente pte nõ nocet qfitenti. l. fi. ff. de interrog. ac. l. certũ. §. si qs absente. de qfes. de q̃ p Pau. de ca. i qsi. lxxxi. z qsi. clxxiij. qz dicit verũ ẽt si fiat in iudicio nedũ extra iudiciũ. z bar. in. l. i. in ver. oppo. de. l. certũ. C. de cõfe. Adde late p Pan. in. c. ex parte. in ver. vi. regrit. de qfes. cũ qcor. ibi p eũ tra ditis. z p Alex. qsi. xviij. in. iiij.) parte prosit z probet in fauorẽ mulieris. Nã lz sit spãle vt q̃rat̃ actio de dote mulieri absenti, vt. l. gaius. ff. sol. ma. tñ ꝑm multos est spãle in ascẽdente stipulante p muliere decedente, vt dictuz est. ſ. in. xxij. priuilegio. vt ẽt tenendo idẽ esse in extraneo quocũq̃ vt ibi est dictũ. tñ ideo est qz actus tẽdebat de directo ad obligãdũ. Sed qfessio sui nõ tendit ad obligãdũ, sed simplr ad probandũ. l. publia. §. fi. ff. depo. et ẽt hanc rõnem ponderauit in simili Bar. in. l. cũ quis decedens. §. codicillis. de lega. iij.

4 **Preterea** †si fisco absenti nõ q̃rit̃ qñ nullus recepit pro eo promissionẽ vel confessionẽ nõ obstante eius fauore vt bꝝ in. l. i. ff. ꝺ iure fis. z ibi per bar. ergo nec mulieri pro dote cum mulier et fiscus paribus passibus ambulent vt bꝝ in. l. ij. C. de priuileg. fisc. z in. l. dotis. C. de iure dot.
¶ Insup si maritus in testamẽtũ qfitetur habuisse pro dote vxoris centũ que mandat restitui sibi nec aliter apparet de solutione dotis facte viro nisi ex dicta qfessione, nõ põt vxor niti vigore dicte qfessionis, sed solum agere vigore legati vt bꝝ in. l. si non designata. C. de fal. causa adiec. leg. z no. in. l. qui vxori. ff. de au. z argẽ. leg. Sicut hic ẽ regulare in alijs legatis z hoc ni si presente vxore vt bꝝ in. l. lucius. §. qsqs. el. ij. ff. de leg. ij. z per bar. in. d. l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. iij. z hoc est vtile scire, qz cõiter inter istos comitatẽses nõ fiunt instra nec de promissione dotis nec de solutione facta z dedecũt mariti conftẽdo i testõ de dote recepta q̃ mãdãt restitui post quoꝺ mortẽ instãt creditores totũ patrimoniũ absorbẽdo cũ preferant̃ legatarijs. l. fi. §. licentiã. C. de in. deli. et sic pauperule mulieres reperiunt se indotatas. Nã sepe de facto rñdi qsi vna cũ dicta qfessione mariti in testõ probarentur alique qiecture saltẽ faciẽtes semiplenã probationez, puta qp aliqñ maritus asserũt se habuisse tantum pro dote dicte sue vxoris, lz tunc vxor non fuerit p̃sens cum tunc faciat saltem coniecturam quandam inducentem saltẽ semiplenã probationẽ, vt per bar. in. d. l. admo. Continget̃ tur dicte dne qfessiones ita reiterate z facerẽt plenã ꝓbationẽ ꝑ no. in. d. l. admonẽdi. z p By. in. l. ij. ff. de excus. tut. z qp bꝝ in c. fi. de succes. ab intest. z alias p bar. in. l. cũ scimus. C. de agric. co. z cẽſ. li. xi. z ita ẽt concluſit Pau. de ca. in prealleg. consi. dicendo qp saltẽ illa verba affirmatiua instrumẽto diuisionis inter fratres circa dotẽ vxoris alterius fratris detrahendaz faceꝛent

rent saltem semiplenã probationez vt sic iuncta cum confessione mariti in testõ. vt. §. sufficerent vt dicta mulier saltẽ ꝙcurrere posſit cum alijs creditoribus in bonis dicti mariti non aũt vt prefe-rat̃ pp tacitam hypotecã cum alijs creditoribus, qz illud priuile giũ prelationis. de quo in. l. fi. C. qui po. non hz locũ in dote solu3 confessata, vt ibi no. ꝛ latius dicet̃. §. in. x. parte operis. Nunc re tertoz ad id qõ. §. dicebam de verbis enuntiatiuis. pone in. q. in qua de facto ꝙsului, qz † in instro vel coram testibus fuit dictum Berte vel eius pater soluit Titio marito Berte decẽ pro rata centum dotis promisse. An possit maritus agere ad dicta centũ tanꝯ promissa, nam vr̃ ꝙ non qz verba enunciatiua de preteri-to in ꝯctibus. qñ emanant non principaliter pp se, sed pp aliud non disponunt nec fidem faciunt, ẽt qñ ad liberandu3 emanaue runt vt fuit in terminis nostris, qz fuit facta confessio ad liberan dũ ab illis decem, lz aliqualem presumptionẽ inducant per id ꝙ hr̃ in. l. iubemus. C. de libera. cau. ꝛ in. l. quidam. ff. de proba. ꝛ. l. optimam. C. de ꝯben. ꝛ commit. stipula. ꝛ per Bar. in. l. ex hac scriptura. ad fi. ff. de dona. ꝛ per Bald. in. l. ex bis verbis. C. de test. mili. ꝛ in. l. iij. C. de fal. cã adiec. lega. ꝛ no. in. c. fi. de succes. ab intesta. Tñ ꝯium arbitroz posse dici in casu premisso specialiꝫ fauore dotis tñ fauore cause pie verba enunciatiua ẽt pp aliud probent, vt est tex. no. §m vnum intellectu3 in. c. fi. de succes. ab intestato. vt ibi per dñm Anto. ꝛ alios ꝛ hoc respectu poterit di ci dos cã pia ne vxor talis remaneat sine dote per id quod hr̃ in. l. cum is. §. si mulier. ff. de cõdi. inde. ꝛ dixi. §. in. v. parte operis cum ẽt idem soleat dici fauore libertatis. l. i §. sed si quis C. de la ti. lib. tol. ꝛ ibi per Bal. nec dubiũ est libertatẽ respicere causaz piã. l. j. §. pe. C. de cõi ser. manumis. ꝛ. l. in testamẽto. ff. de fideic. liber. ꝛ facit. c. fi. de re iudi. Sed qd plura de hoc vr̃ text. in ter minis bene intellectus in. d. l. ij. C. de dot. promis. ꝛ ita pro nota bili allegauit Bar. in preallega. suo ꝙsilio relato, vt. §. ꝑ Pau. in suo ꝙsilio. in ordine. lxxxij. q vr̃ sic simplr transire cuz Pau. qñ dicta verba enunciatiua fuissent prolata in presentia partis, ꝛ ita ẽt illam. l. ij. §m intellectũ gl. ibi §m ad hoc alleganit Lud. ro. in. d. l. ex hac scriptura. ꝛ in. d. l. ex bis verbis, vt multi hñt, ꝛ lz ibi glo. non faciat vim in fauore dotis, sed ꝙ illud operaꝫ pro missio vsurarũ pro sorte qõ operaꝫ longeua ꝛ continuata presta tio vsurarũ. per. l. cũ de in rẽ verso. ff. de vsu. vt ibi ẽt sequi videt̃ Cy. ꝛ Bal. ꝛ Bar. in. d. l. cum de in rem verso. ff. de vsu. Tñ ꝑ certo hoc non placet cum valde minoz rõ sit in simplici promis-sione per momentum vnius hore facta qꝫ in solutione cõtinuata per longum tps. vcz. x. an. Aut. n. ꝓmittit quis † vsuras pro tẽ pore preterito, ꝛ tunc ex quo potuerũt esse vsure pro duobus an nis absurdissimũ esset dicere qõd plus operet̃ ꝓmissio vsurarum preteritorũ duorũ anno. qꝫ ipsa solutio facta pro duobus annis, ꝛ sic per non longum tps quo casu non presumet̃ precedens pro missio fortis, sed solum per lapsum. x. anno. d. l. cum de in rẽ ver so. cum non minus sit aliquid facto exprimere quã verbo. l. de q bus. in fi. ff. de le. Immo plus operaꝫ aliquid ostẽdere facto quã exprimere verbo. l. si tñ. §. j. ff. de edil. edi. ꝛ. c. dilecti. de appell. qua ratione posset dici quod ẽt si promitteret vsuras pro. x. an. Idem esset tenendũ, qz non põt negari ꝙ magis operent̃ plura ꝯtinuatiua facta de anno in annum qꝫ vnica promissio pro pluri bus precedentibus annis, vt in simili voluit Cy. in. d. l. ij. de sol-uente vsuras vno semel pro pluribus annis preteritis, nam esset eadẽ rõ sicut qñ fieret actualis solutio ꝯtinuata de anno in annũ per. x. annos. Aut promittit vsuras pro tpe futuro, ꝛ tũc ex quo talis ꝓmissio adhuc hz suũ esse, sed est in pẽdẽti ex futuro euẽtu non dz ex nũc ꝓducere aliqd tacitũ cũ suo pfecto esse vt sic plus operet̃ in tacito qꝫ in expresso ꝯ. l. qui ad certũ. ff. loca. cũ si. põt ergo ꝙcludi ꝙ intelligẽdo illã. l. ij. ꝓut intellexerũt qdã vt refert ibi gl. ꝙ ibi nõ aliter ꝙstabat de promissione dot. nisi ꝑ ꝓmissio-nẽ vsurarũ pro ipsa dote ꝓmissa, ꝛ vt illõ sufficiat ad hoc vt dos possit peti tanꝯ ꝓmissa, ꝛ ꝙ ibi ꝓcedat ex illis verbis enũciati-ue prolatis, lz pp aliud qõ illud sit speciale in dote ꝯ regulas in-ris cõis, vt intellexit Bar. in. d. ꝙsi. ꝛ Pau. ꝛ Lud. vt. §. Et sic pz rñsio ad qõnẽ. §. positã ꝙ si probaꝫ ꝙ fuit solutũ aliqd ꝑ par-te dotis ꝓmisse, ex hoc possit peti dos tanꝯ promissa, ꝛ hoc pro cederet non solu3 qñ ipsa sors ꝛ eius qꝫtitas esset expressa, pura titius soluit. x. ꝑ parte centũ dotis promisse ꝑ eius vxore, sed ẽt si non fuisset aliter qꝫtitas expressa cũ valeat promissio dotis in certe, vt dictũ est. §. in. xi. priuilegio. Nec ob. ꝙ hoc casu ꝙcur-rerent duo spãlia circa idẽ qõd non vr̃ admittendũ ẽt in dote, ma xime qñ ꝓmittit dos incerta, vt hr̃ in. l. i. C. de do. promis. qz hic duo specialia ꝙcurrunt circa diuersa. vcz vnũ circa modũ ꝓban di, ꝛ aliud circa effectum obligandi seu disponẽdi quo casu pñt concurrere, vt hr̃ in. l. singularia. ff. si cert. pet. ꝛ probaꝫ in. l. fi. C. ad velleia. vbi vz fideiussio in dote danda citra stipulationem, ꝛ ẽt erga effectum tollendum exceptionem velleiani.

## SVMMARIVM

1 Extraneus quando tanꝯ debitor soluit sponso futuro animo do nandi pro dote mulieris non inest tacita conditio, ꝛ ideo non sequutis nuptijs non repetit. ꝛ nu. 2.

3 Extraneus si solu3 promisit sponso animo donandi, ꝛ non soluit, tenetur sponsus non sequutis nuptijs cedere actionem mulie ri, quod est notabile.

4 Extraneus creditor successoris mariti qñ liberat ipsum maritu3 per acceptilationẽ animo donandi mulieri pro cã dotis, talis liberatio habebit effectum etiam non sequutis nuptijs.

## ¶ Priuilegium septuagesimumnonum.

**Septuagesimumnonu3** speciale priui-legium. Nã q scienter soluit indebitum non repetit, quasi videaꝫ donare. l. j. ꝛ l. ꝙ quis sciens. ff. de condi. indebi. ꝛ. l. cuius per errorem. ff. de
1 reg. iu. † Item si extraneus promittit vel soluit dotem ꝑ mulie-re vr̃ donare. l. j. §. accedit. C. de rei vxo. acti. ꝛ tñ illa donatio hz tacitam ꝙdõnem si nuptie sequantur. l. stipulationem. ꝛ l. si ego. ff. de iure do. ꝛ dixi. §. in. lxxvi. speciali priuilegio. ꝛ si nuptie nõ sequunt̃ repetit ꝑ conditionem ob cãm. l. si extraneus. ff. de ꝙdi. ob cãm. cũ si. ꝛ tñ secus qñ per viam tacite donationis de qua. §. Pone exemplũ si quis tanꝯ debitor mulieris sciens tñ se non esse debitorẽ soluit pro muliere ipsi sponso futuro forte ne illũ in ducat in suspitionẽ. Nã tunc dicta tacita donatio nõ hz in se illã
2 tacitã ꝙdõnem si nuptie sequantur. † nã non repetit nuptijs nõ sequutis. Immo tñ repetit̃ per ipsam mulierem ab ipso sponso tanꝯ ipsa dederit tex. est sing. in. l. qui se debere ver. sed cũ sci-ret iuncta gl. ff. de condi. ob cãm. Immo ẽt si solu3 promisisset ita scienter ꝛ non soluisset talis promissio ita sciẽter indebite facta non hz dictã tacitã ꝙdõnem. Immo ipsa mulier tunc agit ꝯ ipm ꝓmittentem §m qõd ibi notãter hr̃. Nã non video rõnem quare hoc magis caueat̃ in tacita donatione qꝫ in expressa. l. cum quid. ff. si cer. pet. Immo maioris esset efficacie tacitũ qꝫ expressum ꝯ. l. ꝙ certũ. ff. loca. Nisi dicamus hoc ꝓcedere habita mixta ꝙsi-deratione fauoris dotis ꝛ mulieris, ꝛ ẽt odij ipsius sciẽter solnẽ tis ꝑ dicta muliere indebitum. Vel põt distingui ꝙ aut vterꝫ sciebat. s. ipse assertus debitor solnẽs vel ꝓmittens, ꝛ ẽt ipsa mu lier debitũ nõ subesse, ꝛ tunc vr̃ vera donatio, ꝛ tũc hz locũ ꝑ cõ dõnẽ ob cãm nõ sequutis nuptijs nisi ꝓbaret̃ ꝙ ille in oẽm euen tũ erat donaturus. d. l. si extraneus. Aut solũ ipse assertus debi tor sciebat ꝛ nõ mulier. Immo ipsa credebat se creditricẽ. ꝛ sic nõ recipiebat tanꝯ ex donatione, ꝛ tunc hz locus ꝙ hr̃ in. d. l. ꝙ se debere, qz non vr̃ tunc vera donatio ꝑ notata ꝑ Bar. ꝛ doct. post gl. in. l. i. ff. de dona. Licet docto. in. d. l. ꝙ se debere. ad hoc non aduertãt. Et vr̃ esse rõ in prõptu, qz ꝙdõ ob cãm, ꝛ indebiti, ꝛ similes ꝙdõnes dant̃ ex nego. gest. vt. l. si non sortẽ. §. libertus. ff. de cõdi. inde. Sed dictus assertus debitor soluẽdo sponso tã quã debitor mulieris gerit principaliter negociũ vt est in apparen ti vt se liberet a muliere non aũt ex cã matrimonij ꝯhendi, ꝛ ita hoc aio recepit talis sponsus, ꝛ multo magis si hoc faciat iussu
3 mulieris. † Vñ lz ipse soluens gerat in aio ꝙ solnat aio donan-di, tñ qz nec sponsus recipiẽs nec mulier ipsa hoc in animo gere bat. Immo ꝑ expressum agebaꝫ ꝙ non animo donandi, iõ non põt dari conditio ob cãm ipsi soluenti propter nuptias non secu tas, qz hec voluntas dicti soluentis in mente retenta nihil ope-ratur. l. si repetendũ. C. de condi. ob cãm. ꝛ facit qõ not. in. l. qui mihi donatum. ff. de dona. non ergo ille soluit apparenter ex cã matrimonij principaliter, sed tanꝯ debitor mulieris, ꝛ ita spon-sus recepit ꝛ mulier consensit. Sed qñ mulier similiter sciebat illum soluere indebitum ꝛ scienter soluere inter eos vr̃ negociu3 gestũ ꝙ solnat ex cã vere donationis propter futuras nuptias, per no. per Bar. in. d. l. j. ff. de dona. ꝛ ideo non secutis põt sol-uens idẽꝫ donans repetere per ꝙdõnẽ ob cãm, secus qñ expres se quis ꝓmisisset dotẽ pro muliere aio donãdi ꝛ non tanꝯ debi-tor mulieris, ꝓut in dubio tũc presumit̃ semꝑ ꝙ aio donãdi. l. j. §. accedit. C. de rei vxo. ac. ꝛ dictum est. §. in. xlv. priuilegio.

**Adurete tamen** qz hec intelligentia est contra mentem Bart. in. d. l. qui se de bere ibi vult ꝙ quãdo extraneus soluit sponso futuro animo do-

nandi mulieri ꝓ dote ipsius mulieris ꝙ non insit tunc tacita ꝙdi tio. Immo tūc nō secutis nuptijs mulieris est repetitio, vt est ibi casus no. ⁊ alleg. l. si extraneus. eo. ti. in ver. nisi forte. Si aūt so lū ꝓmisit ⁊ nō soluit, ꝫ gl. ibi in verbo, qñ sentiat ꝙ tūc insit ta cita ꝙdō nisi expresse sit actū ꝙ non insit dicta ꝙdō ita intelligen do tex. ibi. tñ ipse Bar. ꝫ ibi ꝑtū ꝙ immo in dubio non inest di cta tacita ꝙdō respectu mulieris ꝓ text. i. d. l. si extraneus. in. d. versi. nisi ꝫ insit respectu ipsius sponse, vt sic ipse sponsus non se cutis nuptijs nō possit agere ꝙdōne ob cām ꝓ suo interesse. vult dicere Bar. ꝙ mulier pōt agere ꝑ talē sponsum vt sibi cedat ta lē ꝙdōnē ob cām q̄ ꝫ sit inutilis ipsi sponso ꝓp non secutas nup. tñ erit vtilis ipsi mulieri ad effectū cessionis qō est not. vt ēt ibi volnit gl. nec istud aliqñ incōuenit, vt alias bī in. l. fi. in princ. C. de iure do. ⁊ alias in. l. si socer. §. lucius. ff. sol. mat. ⁊ dicēt. j. i. vij. parte in. viij. ꝓuilegio. Et ꝫ hoc idē fuerit de mente bal. volen do ꝙ qñ extraneus ꝓmittit alio donādi, tūc non inest tacita ꝙdō immo non secutis nup. bꝫ locū ꝓmissio respectu mulieris ꝓ tex. ibi no. tñ vt. §. dixi ille tex. pōt ⁊ dꝫ intelligi qñ ille debitor ꝓmit tens ⁊ non ipsa mulier sciebat debitū non subesse quo casu vī eē rō in ꝓpōtu, vt. §. dixi, ⁊ maxime cū non sit vera donatio vt tunc sit spāle fauore mulieris mixta, ēt ꝙsideratione odij talis asserti debitoris sciēter ꝓmittentis indebitū cū ēt si solutisset non posset ipse repetere ꝓ ꝙdōnē ob cām, ex quo dicta cā solutionis ꝓp nu ptias quā faciebat alio donandi fuit sibi in mente retenta ⁊ nō ex ꝓssa in dicto actu ꝓmissionis vel solutionis indebiti. Si autez multer sīr sciuerit illud non esse debitū, ⁊ sic illū ꝓmittere vel soluere alio donādi, ⁊ tunc illa est ꝓpria ⁊ vera donatio ex quo ex vtraq; ꝑte hoc vī agi, vt ꝓ Bar. in. d. l. j. de do. ergo nō plus dꝫ opari tacitū q̄ꝫ expressum vt sic in vtroq; casu insit tacita con ditio. vꝫ si nuptie sequent nec vī vera opi. Bart. ⁊ Bal. in. d. l. ꝙ se debere vbi vident velle ꝙ qñ alio donandi extraneus ꝓ- mittit vel soluit dotē ꝓ muliere. tunc non insit tacita ꝙdō respec tu mulieris ꝓ tex. ibi. ⁊ in. d. l. si extraneus. in. d. ver. nisi forte. Mā ipse idē bar. in. l. titio cētū. §. titio gño. ff. de ꝙdi. ⁊ demon. te nuit ꝑtū reꝓbādo opinionē quozūdā de qua ibi in glo. distin guentiū inter patrē vel ipsam mulierē, ꝓmittentē dotē ⁊ ipsuꝫ ex traneū ꝓmittentē cū iura indistincte loquant in quocūq; ꝓmit- tente dotē ꝓ muliere semp insit tacita ꝙdō sicut in legato ꝓ dote a quocūq; fiat, ⁊ sic expresse presupponit in extraneo ꝓmittente ēt alio donandi sicut ēt ipsum legatū sit q̄dā donatio. l. legatuꝫ. ff. de leg. ij. ⁊ ita ꝓcedant oia iura loquētia de ꝓmittēte dotē ꝓ mu liere vt tacite videat ꝓmittere sub ꝙdōne si nuptie sequent. in. l. ꝓmittendo. ⁊. l. stipulationē. ⁊. l. tali. ff. de iure do. ⁊. l. itē qꝫ. ff. de pac. cū multis sīlibus, ⁊ ista est vera ⁊ cōis opi. quā ēt sequitur Ang. ⁊ Jo. de imo. ⁊ alij legētes in. d. §. titio. ⁊ ita ēt ꝙclusi. §. in lxxvi. spāli ꝓui. ⁊ est tex. clarus in. d. l. i. si ego. ꝓmo ⁊. ij. rñso. Nec ob. tex. in. d. l. si extraneus. quem alleg. in. d. l. ꝙ se debere Bar. ꝙ imo est casus de directo in ꝑtū put ēt ibi voluit Bar. ſm verā ⁊ cōem lecturā gl. ibi ꝙ ibi ille casus non secutarū nu ptiarū omissis ibi remanet in dispōne iuris cōis qō volt ꝙ qñ ex traneus ꝓmittit vel soluit dotē ꝓ muliere ꝓsumit ꝙ alio donādi, ꝙ vī semp tacite actū ꝙ non secutis nup. ꝓmissio vel solo nō ha beret effectū ēt si ibi ille extrane⁹ nullū pactū fecisset. Nec ob. tex. ibi in ver. nisi forte qꝫ dꝫ intelligi ille tex. qñ ꝓbaret ꝙ iō di citus donās voluit exprimere casum non secutarum nuptiarū sed solū casum soluti matrimonij, ꝙ voluit in dictū casum omissum ꝓ spicere mulieri ⁊ non sibi vꝫ qñ dicto casu dicta dos esset mulie ris, ⁊ ille est verus intellectus ad illū tex. Jtē non ob. tex. in. l. ꝫ §. j. ff. de iure do. in ver. nisi forte sic accepto tulisset. vbi vī vel- 4 le tex. ꝙ † qñ extraneus creditor successori mariti liberat ipsum maritū ꝓ acceptilationē alio donandi mulieri ꝓ cā dotis, ꝙ tunc haberet effectū dicta liberatio ēt nuptijs non secutis, ⁊ sic nō in est tūc tacita ꝙdō si nuptie sequant cuius ꝑtū vī ibi velle tex. in ꝓin. d. §. qñ acceptilatio fuisset interposita non alio donandi. Sꝫ rñdeo ad hoc ꝙ ille tex. dꝫ aliter intelligi. vꝫ ꝙ totus. d. §. loq- tur qñ extraneus accepto tulit marito futuro alio donandi ꝓut in dubio semp dꝫ hoc ꝓsumi. d. §. accedit. Sed tñ multū refert an simplr voluit accepto ferre alio donādi, ⁊ tunc inest dicta ta cita ꝙdō ꝓ intra. §. alleg. vt ēt ibi gl. intelligit sup verbo non seq- tur dū ꝓ ꝙcordante allegat. d. l. si ego. ꝓio rñso. An aūt appa reat ꝙ in totū voluit donare. l. in oi casu ⁊ tunc nō inest dicta ta cita ꝙdō. Mā non sine numisterio ⁊ virtute aliqd importandi iu risconsultus ponit ibi illud verbū in totū ibi dū dicit vt velit mu lieri in totū donatū. l. in oi casu per id qō bī in. l. si qñ in princ. ff. de leg. j. ⁊ in. l. si stipulatus. ff. de vsur. tunc. n. credendū est breui manu acceptū a muliere ⁊ marito ꝓ ipsam mulierē datū. vt dicit ibi tex. ⁊ iō tunc dat ꝙdō ob cām ipsi mulieri ꝓut est si ꝓ ipsam mulierē fuisset datum ex cā dotis, vñ tunc non secutis nuptijs re pelleret mulier, vt. d. l. in princi. ⁊ iste est verus intellectus illius tex. ꝓut ēt intellexit ibi gl. vñ allegat. d. l. si ego. Jtem non ob. tex. dicte ꝙclusioni. d. l. ꝙ se debere in. d. ver. sed cū sciret, qꝫ dꝫ intelligi ille tex. put. §. fuit dictū. vꝫ qñ solū ipse assertus debi- tor erat sciēs debitū non subesse, secus si ēt ipsa mulier. Vel pōt dici ⁊ quidē non improbabiliter ꝙ cū ille tex. loquat ibi simplr ⁊ indistincte dꝫ ⁊ possit indistincte intelligi. l. de ꝓtio. ff. de pub li. cū si. ⁊ sic ēt qñ ipsa mulier hoc sciebat, ⁊ dictū est verisimile, ⁊ erat contingibile si extraneus forte ꝓe nimio amore quē gere bat quo illam mulierem forte sibi amicā vel amasiā volebat esse erga eam maritus gratiose, ⁊ nec volebant ꝙ ꝓp hec aliqua in- gereret suspectio ipsi marito futuro forte non accepturo illā in vxorē si per viā donationis dictus extraneus dotem ꝓmisisset. Vñ inter dictū extraneū ⁊ mulierē fuit actū ꝙ ipsi ꝓmitteret ⁊ solueret tanq̄ debitor ipsius mulieris. Vñ hoc casu singulari ter ꝓuidet ibi ꝙ in tali casu non insit dicta tacita ꝙdō imo fin gat tūc esse solutū matrimoniū ⁊ ꝓ mulierē viro. Vñ ex quo tūc ꝓsumit ex cā turpi hoc factū ꝙ potior sit ꝙdō mulieris tanq̄ possidentis. l. pe. ff. de condi. ob turpem cām. ⁊ ꝫ ipsa vere non possideat, sed sponsus tñ fingitur ipsa possidere hoc casu ex quo censet spōsus ab ipsa muliere habuisse, ⁊ hoc speciali fauore mu lieris ⁊ dotis ⁊ mixta ꝙsideratione odij dicti soluentis, vt. §. dixi in prin. imo ēt qñ dictus assertus debitor nondum soluisset, sed solum ꝓmisisset ex cā, tunc vī fuisse vera donatio, ex quo inter ambos vī hoc tacite actum talis donatio isto casu non habebit dictā tacitā conditionē ⁊ habebitur ꝓmissio illa ꝓ quadaꝫ lo lutione. arg. l. si cum ad. l. fal. ⁊ tunc ꝓuidebitur mulieri ꝓ mo dum figulis ꝓut glo. ibi notabiliter dicit.

## SVMMARIVM

1 Donatio inter patrem ⁊ filiamfa. vꝫ ēt vt soli filie queratur, ⁊ non patri dotis repetitio. ⁊ nu. 2.

¶ Priuilegium octuagesimum.

# Octuagesimum speciale

priuilegiū est, † qꝫ licꝫ inter

1 patrē ⁊ filiamfa. non valeat donatio in profecticijs, ⁊ hoc ꝑpter reflexū sicut nec subfistit aliqua obligatio vel ꝑctus vt habēt in. l. ij. C. de inoffi. dona. Tñ fallit in dote qñ pater dat vel ꝓmittit aliquid ꝓ dote filiefamilias, qꝫ tunc vꝫ olim ⁊ hodie. l. pompo nius filadelphus. ff. fa. ber. ⁊ per gl. in. d. l. ij. q̄ idē dicit in dona tione ꝑpter nuptias que fieret per patrē ꝓ filiofamilias acci- piente vxorem. ⁊ notat in. l. ij. §. j. ff. sol. mat. qō ꝓcedit non solū vt querat tunc actio filie cōiter, ⁊ sic vt actio sit cōis patri ⁊ filie vt est regulariter, vt habetur in. d. §. i. ⁊ ēt quo ad effectum can- sande postea reconsolidationis in ipsam filiā postea effectaꝫ iur iuris morte patris vel emancipatione. l. i. §. videamus. C. de rei vxo. actio. Sꝫ ēt vt ab ipso initio possit tota dos queri ipsi filie, puta si pater stipularet dotem reddi ipsi filie quo casu efficitur ꝓcipua ipsi filie ex quadam donatione paterna, ⁊ sic ēt vt ipsa filia possit sola agere ſm Bȳ. Bar. ⁊ doc. cōiter in. l. post dotē. ff. sol. mat. ⁊ bal. ⁊ cōiter doc. in. l. ij. §. i. vbi dicit bal. ita ꝙsuluit se Jac. de bel. ⁊ Jac. de but. ⁊ intellige hoc ēt si ipsa filia tēpore dicte stipulationis paterne fuisset absens cum possit pater stipu lari filiefamilias absenti, vt habetur in. l. quod dicitur. ⁊. l. quod cunq; §. j. ff. de verboꝝ obligatio. ¶ Sed posset tunc dubitari quid si non per stipulationem, sed per simplex pactum prouide ri ipsi filie reddi solu. matri. Potest dici idem dummodo incō- tinenti, quia si potest hec prouisio procederet per tacitum pa- ctum inductū ex prouisione facta per patrē in vnū casuꝫ so. ma. vt in aliū casum omissum videatur prouidisse filie. f. vt filie dos fit ꝓcipua, vt est casus sing. in. l. si cum dotē. in prin. ſm vnā le cturam approbatā ibi per bar. multomagis per pactū expressuꝫ vt possit tūc filia agere actione de dote informata ex illo pacto vel prescriptis verbis, ꝓut dicimus in extraneo paciscente sibi dotē reddi. l. i. §. accedit. C. ō rei vxo. ac. imo forte posset dici bo die tale pactū maxime habebit tacitā stipulationē fauore mulie ris. et idē pōt dici qñ extraneus dotasset. per text. in. d. l. i. §. sed vt plenius. ibi sine alie ꝓ bis perlone, ⁊ dixi. §. in. xxij. speciali priuilegi, ⁊ etiam in. xxiij. ⁊ conferunt etiam dicta. §. in. lxx. ꝓui leg. imo † intantum vꝫ dicta donatio inter patrē ⁊ filiam in dote 2 ꝙ etiam querele actio ipsi filie, licet fuerit absens tali pacto ex-

presso

presso vel tacito, puta in casu not. d. l. si cum dotem. fm dictã lecturam cũ ẽt ex donatione extranei querat ipsi mulieri, lz tunc absenti, vt probat in. d. §. accedit. Unde multomagis queritur filie, lz absenti ex facto patris. d. l. q dr. cũ si. Et lz Barto. in. d. l. si gstãte. in prin. ff. sol. mat. in. v. q. j. patris aliud videatur voluisse z male per supradicta, z vide que dixi latius ibi sup gl. ij. in. iij. parte gl. ibi z etiam dixi. s. in. lx. speciali privilegio.

# Privilegia dotium constante matrimonio. Et est septima pars totius tractatus gtinẽs. xlviij. privilegia.

## Prefatio.

Expedita est sexta pars circa privilegia cõcernentia tempus ante mrimonium in qua maiorem numerum sum complexus q3 in alijs duobus tẽporibus posita videbunt, lz multa inserta sint, q ad alia ẽt tpa accõmodari possent, tñ non curavi ea in hac. vj. parte describere, lz magno numero. congruentiorem enim eum locũ fore existimavi, z quidem magis cõmunẽ ad omnia suprascripta privilegia quam loca. vij. z. viij. partis. Describendo igitur ad. vij. partem in qua privilegia dotiũ constante matrimonio complectemur.

## SVMMARIVM

1 Fundus dotalis non potest alienari. Quequidẽ regula h3 multas fallentias, quas vide nume. 2. 6. 7. 8. z. 9. z consequẽter vsq3 ad nume. 23.

2 Res mobiles que servari possunt date in dotez an z qñ possint alienari.

4 Alienationis prohibitio circa res dotales nõ est inducta in rebus mobilibus.

5 Oratio divi imperatoris prohibebat res minorum alienari. z hoc tñ non extendebatur ad mobilia, nisi q postea fuit facta extensio p. l. lex que tutores. C. de admini. tuto.

## Privilegium primum.

caueret̄ an possit. Bar.in.l.diuortio.§. interdum
ff.so.ma.secutus gl.ibi tz q̄ sic.ꝛ idē tz ibi Bal.ꝛ facit ad hoc
bo.tex.i.d.l.ō bonis.§.q̄ pupillo.ff.de car.edi.ꝛ adde ꝛ tene mē
ti q̄ ēt poterit vxor inhibere viro ne fruct⁹ colligat nisi in p̄sen-
tia vnius quē mittere intendit ne frandet̄ in fructibus,q̄ iura to
lerant vt est text.no.dignus.l.ij.in verbo sub aspectu decurialiū
.C.quando ꝛ quibus quarta pars debetur per quem ita tz Spe.
in titu.de decimis.§.j.in ver.fi.

¶ Trigesimonono quero.

**Quid si** soluto matrimonio fructus sunt colligendi de p
ximo qualiter fiat restitutio. Boc.cōiter tenēt
q̄ nō debēt restitui nec caueri,q̄ cū de p̄timo colligēdi sunt ha
beri debent pro collectis,vnde vir retinet donec percipiat ar.l.
si is a quo.ff.vt in pos.leg.facit.l.si quis nec causam.§.si res pi-
gno.cum ibi no.ff.si cer.peta.

¶ Quadragesimo quero.

**De quo** mulier caueat i casu predicto.gl. in.d.l.diuor
tio.§.interdū.ff.so.ma.dicit q̄ cauet de fructi
bus restituendis ꝛ non minuēdis,vel barattandis ꝛ dicit Bald.
ibi hoc esse gñale vbicunq̄ de fructibus dz caueri vt de vtroq̄
cauetur. Facit q̄ habetur in.l.senatus.ff.de offi.p̄si.

¶ Quadragesimoprimo quero.

**An maritus** tenetur facere impēsas vtiles in re do
tali. Videt̄ q̄ sic q̄ vir tenet̄ de dolo
ꝛ culpa querēdo,vt.l.fi.ff.so.mat.ergo ex quo vir tenet̄ acquire
re,tenet̄ ēt facere impēsas vtiles in re dotali. Cuius tm̄ ꝛriū est
vez cū tales impense repetant̄ actione neg.ge.q̄ nō esset si ma
ritus teneret̄ illas facere.l.i.§.raceat.C.de rei vxo.act.ꝛ ita fir-
mat gl.ꝛ Bar.in.l.j.§.j.ff.de impē.in reb.do.fac. Non ob.d.l.
fi.q̄ dz intelligi q̄ maritus tenet̄ acqrere q̄m̄ tractat̄ de acquisi
tione fiēda pp legatū vel pp hereditatem relictā seruo dotali.ō
quo dicam.j̄.in.iiij.§. Nō ob.l.pe.ff.de impen. q̄ ibi dicitur q̄
dz maritus res dotales tueri non augere.

¶ Quadragesimosecundo quero.

**Impēse facte** in re dotali an ꝛ qualiter dotē minu
ant. De quo dic vt per Bar.l.q̄ di
citur.ff.de impen.in reb.dota.fac.p Saly.in.l.si is.§.dicitur.ff.
de iur.do.per Bod.in rub.ff.sol.ma.

SVMMARIVM

1 Maritus si solnat totam dotem sine deductione impensarum
qualiter ei consulatur.

¶ Quadragesimotertio quero.

1 **Si maritus** †solnat totā dotē sine deductione im-
pēsar̄ qualiter q̄sulat̄. tex.in.l.q̄ dici
tur.§.si dos.ff.de impē. videt̄ dicer̄ q̄ ipsa dos repetat̄ per q̄di
ctionē inde. In ꝛriū videt̄ q̄ dos que restituit̄ est debita ꝛ p im
pēsis vir hz actionē ō dote vt.l.oino.ff.ō ipē. ergo cessat q̄di.in-
de.l.q̄ inuicē.ff.de q̄di.inde.l.cū dos.ff.rer.amo. Pro solu.dic
q̄ in dote sunt q̄siderāda duo. Primo ipsuz ius dotis put noie
iuris ꝛ cuiusdā vniuersitatis ꝛ istud ipso iure minnitur pp impē
sas necessarias merito tanq̄ indebitū repetit̄ vt no.in.d.l.q̄ in-
uicē. Itē sunt cor. dotalia.ꝛ illa nō diminuūtur,ꝛ ideo si solui
plus debito ipsum corpus q̄ solum erat in dote ꝛ tunc si ipsum
corpus q̄spicit̄ nō hz locū q̄dictio indebiti,q̄ vere debebat̄, sed
dz vir repetere impēsas p actionē de dote ꝛ ita p̄cedunt notata
in.d.l.oino. Aut q̄sideramus ipsum ius dotis q̄ erat diminuen
dū ꝛ illo respectu videt̄ solutū plus debito ꝛ sic hz locū q̄ditio in
debiti ꝛ ita p̄cedit id q̄ habet̄ in.d.§.si cū dos. Erit ergo prati
ca q̄ in libello dicā q̄ totā dotē solui indebite. Secus si diceres
q̄ solui talē domū dotalē indebite q̄ tene menti.

SVMMARIVM

1 Impense facte per maritum in re dotali q̄m̄ possint deduci.

¶ Quadragesimoquarto quero.

1 **Impēse** facte†p maritū in re dotali. ¶ Addi. In re
dotali. Adde hic ꝛ no.q̄ expēse in dote exigē-
da a debitoribus datis in dote facte p maritū nō imputant̄ i do
tē,q̄ ad eū p̄inet,vide Bald.in.l.iij.C.de fal.cā ad.leg.ꝛ in.l.

j.C.de bo.ma.ꝛ Bar.ꝛBal.plene in.l.ij.C.de ac.ꝛob.qꝫ ꝙpē
fac cū fructibus nois q si nulli sunt repetunt ab vxore p act.neg.
gest.Sz qd in legato dotis in.l.meuio.§.fi.ꝛ ibi Bar.de leg.ij.
an intelligat deductis expēsis in exigēdo vide in Spe.de do.in
ter vi.ꝛ vxo.)qꝛ qñ possint deduci.Dic ꝙ aut impēsa fit cā que-
rēdoꝝ fructuū ꝛ de fructibus deducit.Aut necessaria aut vti-
lis ꝛ repetit ꝑm Bar.ꝛ alios in.l.dinortio.§.impendia.ff.soluto
ma.nā ꝺt ꝙ impēsa facta i seruo curādo repetit tanꝯ necessa-
ria qñ est magna impensa secus qñ parua p.l.ij.ff.de impē. in re
bus do.fac.ꝛ pro ista distinctione Bal.ibi alleg.l.hactenus.ff.
de vsufr.ego allego tex.optimū in.l.pe.ibi ꝛ quenis modica edi
ficioꝝ doralīū refectio.ff.ꝺ impē.in reb.do.fac.ꝛ vide oino glo.
d.§.impēdia in ver.rute la.ꝛ qdē si ipēsa fiat ad vtilitatē.x.ann.
gl.in.l.quos aūt.ff.de impē.rñdet ꝙ dž necessaria, ꝛ venit ducē-
da.Intellige tñ ꝑm Bart.si post impēsas factas mr̄imoniū est
solutū,sz si matrimoniū duraſſet p totū illud decēniū ꝙpēsaret cū
fructibus.l.dinortio.§.cū in annos.ff.so.ma.Itē si matrimonium
durauit p mediā partē tp̄is medietas tm̄ que respicit vtilitatem
futuri tp̄is veniet repetēda ad.d.§.qꝺ cū in annos.

¶ Quadragesimoquinto quero.

**Qua** actione repetant impēse vtiles,ꝛ qua necessarie. re-
curre ad gl.in.l.dinortio.§.impensa.ff.sol.mat.ꝛ per
Bar.in.l.oino.ff.de impē.in reb.do.fa.

SVMMARIVM

1 Impensa facta p maritū ꝓ custodia castri in dotem dati an ve-
niat deducēda de fructibus,vel possit repeti a muliere.
2 Impēsa facta cā custodie dicitur facta cā fructuū querēdorum.

¶ Quadragesimosexto quero.

1 **Impēsa** facta p maritū† ꝓ custodia castri in dotē dati
an veniat deducēda ꝺ fructib⁹,vel possit repe
ti a muliere.Ang.in.l.dinortio.§.impendia.ff.so.ma. dicit ꝙ ve
nit repetēda,qꝛ cēsent ipēsa grā rei ꝛ nō fructuū,ꝛ ita dicit se cō-
sulnisse apud vrbē veterē p no.in.l.cū q̄rit.§.prędijs.ff.ꝺ leg.iij.
ꝛ ibi p Bar.Adde qꝺ bar.vī tenere ẽrīū in.l.fi.p illū tex.ff.so.
ma.ꝛ ipsemet Ang.in.l.sumptus.ff.de le.j.vbi dicit se habuisse
de facto in vrbe veteri.ꝛ sic ibi vī recedere ab eo ꝙ ꝙsulnerat.
Imo.in.d.§.impēdia distinguit si est impēsa tēporanea vt puta,
qꝛ dat tm̄ singulo mēse custodibus tūc ꝓtinet ad maritū, secus si
fuerit ꝓpetua,vtputa,qꝛ emit seruos q ꝓpetuo ibi debēt esse ad
custodiā,facit.l.seruus ad custodiā.ff.de ali.ꝛ cib.leg. Rapha.
addit ad primū mēbrū dicte distinctionis ꝙ illud vex qñ impen
sa facta p ipsum maritū esset solita ꝛ ꝙsueta fieri p ipsaz mulierē
in custodia ipsius castri,qꝛ tūc verisimile est ꝙ fructus ipsius ca
stri longe excedūt ipsam impēsaz,secus qñ impēsa esset insolita
puta,qꝛ excrescētib⁹ bellis marītus habuit necesse crescere cu-
stodes in ipso castro,qꝛ ꝺ impensa ꝺr respicere ꝓpetuā vtilitatez
ipsius castri,ꝛ maritus poterit illā repetere. Nec ob.predictis
d.§.cū quereret,qꝛ testatoꝛ legauerat fundū ꝛ ea q̄ parata erāt
ibi cā culture,ideo nō mirum si nō venit seruus saltuarius qꝛ nō
operat circa culturā secus forte si legasset ea que parata essent
gratia fructuū ꝓcipiēdoꝝ cū seruus saltuarius dicat paratus, vt
melius ꝓcipiant fructus.l.si ita.§.fi.ff.de fun.instru. Addo bal.
in.l.j.in.§.ꝛ fisco.C.de fru.ꝛ lit.expē.vbi simplr tz ꝙ nō repetat
qꝛ vī impēsa facta gratia fructuū p.d.l.si ita.§.fin.ꝛ l.quesitū.§.
saltuariū,ꝛ l.instrumēta.e.lib. Idē tz Ang.i.l.j.§.inter necessa
rias.ff.de impē.in reb.do.fac.ꝛ ibi no.p gl.in verbo ꝓiect⁹, dū
2 gl.ibi dicit cā munitionis p quā dicit Ange. †ꝙ talis impē.fcā
cā. ¶ Addi.Cā custodie.no. hic qꝺ expēse facte cā custo-
die nō repetant.Bar.in.l.cū querit.§.ꝓdijs de leg.iij.ꝛ vbi om
nino p Alex.ꝛ Bar.in.l.fi.ff.si cer.pe.ꝛ in.l.fi.so.ma.ꝙ nō re-
petunt ẽt si sint maiores ꝯ fructus rei custodie. Ang. in.l.sum-
pt⁹ de le.j. Jo.de por.in.l.ꝙ si nulla.e. titu. vide in.l.cū pater.§.
pater plurib⁹ de le.ij. Itē nec ꝙpēsant cū fructib⁹ p malefidi pos
sessorē.Bar.in.d.§.ꝓdijs.)custodie dī facta cā fructuū queren
doꝝ. Baul.in.l.fruct⁹.ff.so.ma.dicit ꝙ si talis impēsa erat ne-
cessaria ꝓ fructib⁹ nō repetit. Si aūt nō erat necessaria tñ impē
sa erat tp̄alis ꝛ nō ꝓpetua.ꝛ idē p.l.iij.ff.de impē.in reb.do.fac.
Ubi plz distinctio Imo.in.d.§.impēdia que fuit prīns Ang.
ibi tz Imo.minus fideliter referat.ꝛ ad materiā predictā vide
no.p doc.in.l.in fundo.ff.de rei ven.ꝛ p Cy.ꝛ Bal.in.l.ceterū.
ꝛ omnino Bal.in.l.si quis sciens.C.eo.titu.

¶ Quadragesimoseptimo quero.

**Impēsa** facta in certis fructib⁹ an deducat de aliis eius
dē anni,ꝛ einsdē fundi.tex.vī ꝙ sic i.l.si fund⁹
§.ff.so.ma.ꝙ itelligit By.ꝛ bar.qñ ex eodē terreno vterꝯ fru
ct⁹ ꝓcipit alꝫ secus,ꝙ.n. fac diuersitas annoꝝ multomagis face
ret diuersitas reꝝ. Idē ꝙ ipēsa fcā in vno āno nō deducit ꝺ fru
ctib⁹ alterius āni vt p Bar.in.l.dinortio.§.impēsa.ff.so.ma.

SVMMARIVM

1 Marītus si accepit in dotē q̄ꝺā hereditatē seu nomē debitoris
pro quibus oportuit eum longo tempore litigare, an expense
in litigio facte minuant dotem.

¶ Quadragesimooctauo quero.

1 **Si marītus** †accepit in dotē q̄ꝺā hr̄ditatē seu no-
mē debitoris p qb⁹ oportuit eū longo
tpe litigare an expēse in litigio facte minuāt dotē. Gl.in.l.j.ff.ꝺ
impē.in reb.do.fac.vī ꝙ nō qꝛ nō est impēsum in re mulieris,ꝛ
ita dicit esse casum in.d.l.j.ꝛ ē gl.q̄ incipit res dota. Spec.tra-
ctās hāc.q.i ti.ꝺ do.int.vi.ꝛ vxo.§.fi.ℵ.illud q̄rit,ꝛ ibi recitat
opi.ātiqnoꝝ.s. Joā.ꝛ Guarnerij.q Guarnerius fuit i ẽrīa opi.
Sz p opi.gl.in.d.l.j.fac tex.in.l.j.C.de bo.mat.ꝛ in.l.fin.§.vbi
aūt.C.ꝺ bo.q̄ lib. In ẽrīū fac qꝛ si impēsa fit grā reꝝ repetit,vt
l.si a dño.alias si a patre.§.fi.de pe.here.ꝛ s.dictū est in plurib⁹
q̄nib⁹. Sz iste impēse q̄ fiūt in litigādo vident ee necessarie,
qꝛ eis nō factis marit⁹ teneret ꝛ sua eēt picula,vt.j.tāgā ergo ꝛc.
ꝛ tenēdo hāc opi.Guarnerij nō ob.d.l.fi.§.vbiaūt qꝛ ibi pater p
cipit fruct⁹ pp patriā ptātē nō pp aliqꝺ onus qꝺ ipse sustineat,
ēt si nullū onus sustineret ꝛ ꝓcipet merito de illis fructib⁹ vī fa-
cere impēsas. Sz ꝺ vir recipit fruct⁹ pp onera mr̄imonij. Si er
go de illis ꝺz facere impēsas in litigā.iaz in dublici cā ꝙputaren
tur ẽ.l.ꝙ semel de ꝙpē. Predicta intelligo qñ vir nō recuperauit
expēsas a reo sine sua culpa alꝫ iputaret sibi.Bar. in.d.l.j. di
stinguit ꝙ qñq; daf in dotē nomē debitoris vel hereditas esti-
mata,ꝛ sic ꝓculū est mariti ꝛ tūc sine dubio nō repeteret impen
sas.l.si nomē.ff.de pe.here.vel act.vē. Qñq; vir accepit nomē
debitoris,vel hereditatē simplr in dotē ꝛ tūc dicit ꝙ omnis im-
pēsa legitime facta in ligitādo ꝺz ꝺduci de dote.allegat p ℏ gl.i
simili in.l.p diuersas.C.mā. in gl.mag.vbi dicit ꝙ qñ nomē daf
tm̄ vī datū q̄tū pōt ꝙseq deducta impēsa. Adde ꝙ Bal. in.l.
nominibus.C.de act.ꝛ ob.vī tenere ẽrīū,qꝛ pp istas impēsas no
men debitoris nō efficit mains in substātia debiti, vnde nō pti-
net ad ꝓpriā vtilitatē rei,sed ad vtilitatē ꝓpie exigētis.vnde vī
ꝙ vir illā impensam cū fructibus illius nominis seu hereditatis
ꝙpensare debeat,arg.l.sumptibus.ff.de rei vēdi. ꝛ alleg.in simi-
li ꝙ no.gl.in.l.si mulier.§.si rē.ff.de leg.iij. Sz ego assentio bar.
est verum quod cura,ꝛ solicitudo in litigio spectat ad vir̄ ꝛ ille
ēt tenet Saly.in.l.si extraneus.ff.de iur.do.

¶ Quadragesimonono quero.

**Fructus** illius anni quo dos repetit pp inopiā viri an
dividant inter vi.ꝛ vxo.pro rata vide.j. pro-
xime in versi.quando dos repetat.

¶ Quinquagesimo quero.

**In vbi marītus** de mādato,vel ꝙsensu vxoris
facit in ꝓdio dotali impensas
vel picturas vel similia possit ipse ꝛ heredes eius illa retinere vl
repetere Barbesi.in notabi.xcij.tz ꝙ nō, sed solum ꝓmittunt
ei abrasio,vel evulsio nisi pars mulieris velit ei tm̄ dare q̄tū ha
bere posset de bis rebus abrasis vel evulsis vt est tex.no.dignus
in.l.p volūtarijs.ff.de impē.in reb.dota.fac.iuncta.l.in fundo.
C.de rei ven.ꝛ tene menti qꝛ quilibet prima facie diceret cōtra
rium.ꝛ contra casum.d.l.pro voluntarijs dixit glos.in.§.item si
dote.insti.de actio.

¶ Quinquagesimoprimo quero.

**Pater marīti** an debeat habere vsufru. dotis fi-
lij,ꝛ qd si filius lucraf cū dote vxo
ris sue,vide gl.ord.ꝛ ibi Bar.in.l.ꝫ vix.ff.rer.amo.ꝛ conclude
quod

qđ dos ꝛ eius fructus dñt stare penes illũ q sustinet onera matrimonij, vt.l.si filia.§.j.ꝛ.l.maritus.ff.fami.hercis.ꝛ.l.si is q.§.j.ff. de iure do. Hic seqr q si filius habitat cũ patre, ꝛ pater sustinet onera matrimonij, qz alit filiũ ꝛ eius vxo. tũc ipse dz habere vsu fru. secus si filius habitat seorsum a patre, qz tũc nullus vsufru. debeť pri de illa dote. vide ět qđ no. Bar. ꝛ alij in.l.j.C.de bo. q li. ꝛ facit.l.ij. ꝛ.iij.eo.tit. qđ no. de hoc vltio dicã ět j.§. proxi.

¶ Quinquagesimosecundo quero.

**De fructibus** rex paraphernaliũ an aliqd spectet ad mariũ vide q dixi.ſ.§. proximo.

¶ Quinquagesimotertio quero.

**An maritus** teneaŕ alimẽtare vxorẽ vltra redditũ dotis. vide p gl.i.l.si cũ dotẽ.§.sinaũt ff.so.ma. ꝛ ibi per By. ꝛ plenius p Jac.de are. ꝛ Cy.in.l.qđ in vxorẽ.C.de neg.ge.per Jnn.in.c.p vestras.de don.inter vir ꝛ vxo. Veritas vř qđ aut mulier hz tm qđ se alere põt vltra dotẽ ꝛ tunc vir nõ tenetur vltra redditus dotis, ꝛ ita intelligitur tex. in.d.§.j. sinaũt secus si nõ hz vnde se alat. ꝛ ita procedit.l.q si nulla.ff.de relig. ꝛ sum. fune. ꝛ hoc firmãt Bar. Bal. ꝛ alij in.d.l. qđ vxorem. ꝛ Bar. in suo trac. de alimentis.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Dos si fuit promissa ipsi viro ꝛ nõ tradita an teneaŕ alere vxorẽ.

¶ Quinquagesimoquarto quero.

1 **Si dos** † fuit promissa ipsi viro ꝛ nõ tradita an teneaŕ alere ipsaz vxorẽ. gl. est reputata. no. q dicit qđ nõ in.§.illud in ver. onera. in auc. de nõ elig. ij. nubẽ. ꝛm Bal. in.l. vxorẽ.C.de neg.gest. ꝛ in.l.de divisione.ff.soln. mat. ꝛ in.l.fi. vbi bo. tex.C.ad velle. ꝛ per Bal. in.l.donaturus.ff.de qđi. ob cãz. secus si nullã dotẽ promisit qz tũc dz alimẽtari cũ esse debeat in seruitio viri. l. sicut.ff.de ope. liber. iũcta. l.si serui.ff.de edil. edi. no. Cy. ꝛ Bar. in.l.pro oneribus.C.đ in. do. ꝛ Bal. in.l.fi.C.đ sen. q sine cer. quã. Et adde qđ maritus põt expellere vxo. ꝛ mittere eã ad domũ pris pp dotẽ nõ solutã. ita dicunt Bal. ꝛ Jmol. in.l.j.ff.so. ma. đ quo in.c.p vestras ꝛ ibi p Panor. extra đ do. iter vir ꝛ vxo. vbi ět dixit post Host. q ět vltra hoc poterit agere ad dotẽ si se maritus offert soluta dote vxorẽ recipere.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Vestes fcẽ p vir vxori an debeãt esse ipsius mulieris post mortẽ viri vel debeãt restitui eius hẽdibus, ꝛ qd đ alijs localib⁹.
2 Vestimẽta veniũt appellatione victus.
3 Vestes quotidiane quas vir tenetur dare mulieri statiz efficiũtur mulieris.
4 Vestis facta per maritũ vxori que nõ est necessaria si est magni valoris, maritus non presumitur eam donare.

¶ Quinquagesimoquinto quero.

1 **An vestes** † facte p vir ipsi vxori debeãt esse ipsius mulie. post mortẽ viri vel debeãt restitui eius heredibus ꝛ qd de alijs localibus. Tres sunt opin. vsq ad tpa Bar. Prima qđ mulier lucreť quasi videaŕ donasse ꝛ donatio sit morte ꝗfirmata, vt.l.cũ hic status.§.j.ff.đ do. iter vir ꝛ vxo. ꝛ C.eo.l.si filij. ꝛ.l.filie.ff.fa.her. Scđa opi. fuit By. q dicit qđ iste vestes nõ vñr donari qz maritus teneť alere vxorẽ. l.si
2 cũ dotẽ.§.sinaũt.ff.so.mat. ꝛ.l.qđ si nulla.ff.de reli. † sed appellatione victus veniũt vestimẽta. l. verbo victus de ver. sig. l. legatus.ff.de ali. ꝛ ci. le. cũ ergo necesse habeat dare vestimenta non vř donare qz in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam.ff.de adi. leg. pro hoc videtur casus in.l.mortis sue causa.ff. de do. inter vir ꝛ vxo. Ex hoc dicto By. infertur qđ vestes que sunt ad vsum quotidianũ nõ videanť donate ꝛ debeãt esse heredũ viri. festine vestes pretiose videanť donate qz eas dedit maritus sponte, ꝛ sic sunt mulieris qđ esset manifeste iniquũ. Tertia
3 opi. est † qđ vestes quotidiane quas vir teneť dare mulieri, vt.l. ex aio.ff.de do. inter vir ꝛ sic sine dubio nõ ptinẽt ad hẽdes mariti, vestes vero ptiose nõ efficiunť mulieris nec vñr date aio donãdi ꝛz pp seipsuz facit vt mulier magis ornata vadat vt.l.mortis sue cã.ff.de do. inter vir ꝛ.b.d. Bal. in.l.si vsuf.ff.ad.l.fal. ꝛ vř velle lex qđ talia ornamẽta non sint mulieris nisi expresse legenť, vt.l.ornamẽto ꝛ.ff.de aur. ꝛ ar. leg. l. hoc legãtũ cũ seq. de leg. iij. ꝛ istud vř tenere Bar. in.l.seruus.ff.so. ma. referẽs sic ita sepius ꝗsuluisse. s. qđ vestes quotidiane sint mulieris. ptiose vero ꝛ festine sint heredũ viri. Nõ ob.l.cũ hic status.§.j. qz ibi cõ stat qđ dedit alio donãdi. Nõ ob.l.filie.C.fami.her. qz aliud in filia ꝓ in vxore, qz in filia nõ est illa rõ que est in vxore vt.ſ. dixi. Nõ ob.l.si filij.C.de don. inter vir. ꝛ ux. qz rñ. vt ibi not. ꝛ hãc opi. sequiť ět Bal i.l.seruus. q subdit qđ i lecto qđ haberet mulier separatũ a lecto viri nõ vř fiẽda distinctio pretiosuz vel nõ, qz ibi non interueniet traditio, sed quedã permissio iure familiaritatis, ꝛ iõ fit heredũ viri indistincte. Adde qđ alia fuit opi. qz in vestibus necessarijs mulieri ꝓcedat opi. By. In alijs non necessarijs distinguaŕ sint magni valoris vel nõ vt in primo casu nõ presumaŕ dona. in scđo sic, ar.l.vex.ff.de do. inter vir. Alij tñ indistincte tenent qđ ět pretiosas magni valoris videaŕ donare. Nec ob.l. vex cũ si. qz loquiť de expẽsa aliter facta nõ in psonã vxoris, secus de illa que sit in psonã vxoris arg. no. in.l.qđ vxorẽ.C. đ nego.ge. ꝛ hãc opi. tenebat do. Sig. de homo. de Medio. in quo dã suo ꝗsi. alleg. no. p Cy. in.l. aliẽta.C. đ neg.ge. Sed posset dici qđ illa.l.qđ in vxorẽ loquiť de expẽsa facta in vxorẽ ifirmaz que expẽsa est magis fauorabilis. Secus forte qñ fit in ea sana ꝛ in re separata a persona vt in veste. Jmo. i.d.l.seruus. nititur ꝗcordare dicens qđ aut ꝗstat de mẽte viri qđ solũmodo vult cõcedere ad vsuz aut ꝗstat qđ vult donare aut dubitaŕ. Primo casu clarum est qđ sunt viri ꝛ heredũ eius. d.l. mortis sue in fi. ꝛ ff.eo. l. estimare. Scđo casu ꝗcirca qđ sunt mulieris si dona. nõ est renocata expresse vel tacite qz ět si nõ tenuisset donatio cõfirmata est per mortẽ viri predecedentis mulieri. l. cũ hic status. §. j. ff. de donatio. inter virum. Sed tacite videreť renocari si interueniat diuortiũ, vel si mulier pdecederet. d.l. cũ hoc.§. divortiũ. Sed hec succesſit dubitatio posito qđ ꝗstet maritũ dedisse animo donandi an possit talis dona. renocari. In quo ꝗcirca qđ si donatio excedit vires redditũ dotis idubitãter vř posse renocaŕ cũ nõ teneat ab ipso patri. d.l. ex animo sed si nõ excedit vires reddituz dotis nisi in modico tunc est magis dubium. nam aliqui dicũt qđ donatio tz irrenocabiliter. p.l. ex animo. Alij dicunt qđ ista dona. est talis nature qđ nõ posset peti a muliere ſz si est tradita mulieri nõ poterit repeti ꝛ hoc vř tenere gl. in.d.l.si vsu fru.§. dos. Alij tenẽt qđ ět si fuerit tradita possit repeti nisi mulier illius respectu tãtundẽ de suo ꝗsumpserit ꝛ ita sentit gl. in.l. si stipulata.ff.de donatio. inter vir ꝛ vxorẽ. ꝛ ista vř verior in pũcto iuris, ꝛz istã tertiã opi. intelligo qđ hř in.d.§. dos. ¶ Tertio casu qñ est dubiũ an volnerit donare vel solũ ad vsuz ꝗcedere tũc dicit, qđ si est vestis quotidiana ꝛ necessaria p tẽpore pro quo hz durare matrimoniuz nõ põt dici qđ videaŕ ꝓprie donare sed tradere in cãm alimẽtoꝝ ad que teneť ipsi vxori ꝛ qnoꝝ appellatione veniunt vestes vt.ſ. dictũ est. Sed pro tpe quo matrimoniũ posset solui qđ ex quo impensa est modica qđ debeat videri donare arg.d.l.vex. Et qz inter hmõi psonas nõ est fiẽda nimis amara interpretatio. l.si id qđ.§.si quis de do. inter vi. facit qđ not. in.l.qđ in vxorez C.de neg.gest. Nec ob.l.seruus. vbi expẽsa modica vestimẽtoꝝ nõ vř fieri animo donãdi qz põt dicere qđ ibi loqť qñ divortiũ interuenit ideo ět si donatio est videreť facta renocatio vt.d.glo. in his.l.seruus.ff.soln.matri. secus forte si matrimoniũ eẽt morte solutũ vel in.d.l.seruus loquiť de expẽsa vestiũ facta p seruis in quibus nõ cadit verisimiliter tanta affectio qđta in psona vxoris. pria tñ magis plz q d.l. vex. Et si dicaŕ qđ vestis q̃ fit vxori ob cãz alimentoꝝ debeat reddi cessante cã ꝛ sic soluto ma. quo tpe vxor nõ dz ali, qz rñdeo qđ lz cesset cã alimẽtoꝝ nõ tñ cessat cã affectiõis qđ ět vř fuisse cã donatiõis vestiũ vltra cãm alimẽtoꝝ, facit. l. aduersus. C. de cri. expi. here. ꝛ.l. assiduis. C. q po. pig. ba. iõ non cessat dispositio ex quo vna rõ remanet, ar.l.liberoꝝ.§. notãter.ff.de dam. infec. Nec ob. prẽdictis. l.ſz si vir lana.ff.de do. inter vir. ꝛ vxo. qz rñdeo qđ dz itelligi qñ vestis erat nõ parui ptij. d.l. vex. vř ibi nõ dicit qđ videaŕ donare ſz qđ est viri qđ vex est, ꝛ stãt simul ět si videaŕ donare qz
4 nõ tz donatio ꝗstãte matrimonio. † Si vero sit vestis alia nõ necessaria tũc si est magni valoris nõ vř donare. d.l. verũ qđ intelligo si dicat accipe vel tolle cũ possit cadere alia cõiectura ꝗs donationis vez qđ in vsu habeat pp honorẽ viri ar. eoꝝ q̃ no. i.l. cũ sua gl. ff. si cer. peta. Jdẽ forte si vtereť ꝟbo donationis si eẽt vestis sine q̃ eẽt verecũdia viro vxorẽ eẽ sine illa. nã tũc vř improriari verbũ dono iuxta subiectã mãm vt intelligaŕ, scz ad vsum arg.l.si vno.ff.lo. ꝛ.l.pancre.ff.đ ali. ꝛ cib. leg. ꝛ ar.l.qnte.ff.mã. ꝛ eius qđ no. in.l.j.§. nec castrẽse p Bart. i.iij. col. ff. de coll. bo.

iuncta.l.rez legatam.de adimen.lega.secus si forte mulier posset esse sine illa veste absq; verecũdia viri, qz tunc stabimus versicu. donationis. Et hoc intelige de vestibus, sed de ornamẽtis vel iocalibus qd iuris sit vr eodẽ mõ posse distingui an ꝙstet qõ voluerit donare an vero solũ ad vsuz ꝙcedere an ꝛño dubiteť vt .s.dixi. Tñ aduertẽdũ est qõ si ante mat. talia donarenť, ꝛ hoc ꝙstaret, teneret donatio irreuocabilr nisi p mulierẽ staret quominus sequereť mat. qz tũc ỏberet redderť talia donata vt est casus in.l.cũ vetez. C. de do. ante nup. Et idẽ vr si ingrediať monasteriũ, vt no. i.l. deo nobis. C. de epis. ꝛ cle. Si aũt mat. sit cõsumatũ ꝛ postea dissoluatur remanẽt mulieris ꝛ heredis eius i dicto casu qñ añ mat. fuit fcã donatio, ſz si esset fcã ꝙstã. matri. nõ teneret ab initio sed posset morte ꝙfirmari vt. s. dictũ est. Itẽ attẽde, qz in dubio si ante mat. iocalia nõ vr donare qñ sunt magni valoris vt.l.si vt certo. ſ. nũc vidẽdũ. ff. cõmo. ſz si essent res parui valoris tũc forte videreť donare ꝛ tũc p ꝓdicta posset itelligi id ꝙ no. Bar. in. d. ſ. sed nec castrẽse. sed qd si est dubiũ an ante mat. vel postea sit fcã donatio, vt qz reperiať eadẽ die fcã quo matrimo. ꝙctũ est vide bo. tex. ꝛ ibi Cy. in.l.cuz inter. C. de dona. ante nup. an aũt res sit magni valoris vel parui relinquendũ est arbitrio iudi. inspecta qualitate ꝓsonaz, vt no. p gl. i auc. preterea. C. vñ vir ꝛ vxor. Aduerte tñ tu sponse ne osculeris spõsam tuã, qz postea presumiť ꝙ donaueris oia iocalia, casus est ꝛ ibi no. gl. in.l. qõ sponse. C. de dona. ante nup. de hac etiam materia aliquid tetigi. s. ſ. proxi. in ver. de augmẽto dotis in. q. de sponsalitia largitate.

## SVMMARIVM

1 Uestes viduales facte per heredes viri an debeãt cõputari in dotem vel possint per heredes repeti.

### Quinqagesimosexto quero.

1 **Quid** † de vestibus vidualibus factis p heredes viri an debeant computari in dotem vel pretium illarum vel ipsas vestes repetere possint. Ang. ꝛ Jmol. in.l.si ex re. ſ. fina. ff. de stipu. seruo. per Jmo. in. d.l.si seruus. ff. solu. mat. Ueritas vr qõ aut sumus in casu in quo heres teneť ad alimẽta pstãda vxori vt qñ mulier nõ habet vnde se alat ꝛ dos est in pecunia vt dixi. s. in. xj. q. Aut sumus in casu in quo heres non teneť ad alimenta ꝛ in hoc ſcõo casu si ꝙsistit de mente illaz serua. In dubio satis eque vr posse dici qõ si sunt vestes nõ magni valoris videanť heredes mariti donare in reuerẽtiã bene acti matri. argu. l.fi. C. de bo. mat. ꝛ l. seruos. ꝛ l. pe. C. õ. q. iuncta. l. vez. ꝛ l. seruus cõis. C. de do. inter vi. ꝛ vxo. Si aũt essent vestes magni valoris forte nõ quotidiane tũc nõ vr donare cum possit subesse alia cã ꝗ donationis. l. vt seruet honor viri, ꝛ teneat vestes donec velit vidua esse arg. d.l.fi. vñ si postea mariteť tenebiť illas restituere quales erunt vel pretium ipsarum quantum tunc valẽt ꝛ pp hoc pz qõ heredes hoc casu nõ tenenť de rigore eaz in dnere lz ex honestare qdã teneanť. Quid si mulier se vestiat de ppria pecunia an repetere possit ab heredibus viri. rñsio pz ex predictis, nã vr qõ nõ nisi eo casu quo heredes tenebanť eã vestire. Preterea itelligo nisi ꝙsuetudo aliter se habeat qz illa seruanda est arg. l. minime. ff. de legi. cũ vulgaribus.

### Quinquagesimoseptimo quero.

**Si** maritus reliquit vxori sue alimẽta qꝺdiu dotẽ suã recepe rit si heredes dotẽ solnãt finitur legatũ alimẽtoz an ergo teneať mulier recipere, ꝛ sic perdere legatũ Barto. in. l. am plius. in vltima col. ff. rem ra. habe. determinat qõ sic. Nec ob. qõ solutum est ab herede volente, qz rñdeo vt ibi per eum.

## SVMMARIVM

1 Maritus si dixerit relinquo habitationem vxori mee in domo cum aliis suis an ista debeat habere alimenta ex tacita voluntate defuncti.
2 Usufructuariam terminus quid significet.

### Quinquagesimooctauo quero.

1 **Si maritus** † dixit relinquo habitationẽ vxori mee in domo cũ filijs suis an ista debeat habere alimenta ex tacita volũtate defuncti. vr ꝙ sic qz in obsequio filioz dz esse vt.l.si in hoc. ſ. fi. ff. de ꝙdi. ꝛ demõ. imo plus posito ꝙ esset mater puta amita. idẽ videreť in recõpẽsatione laboris, vt. l. scio. ff. ꝺ annu. le. ꝛ l. in rebus. ſ. possunt. ff. cõmod. ꝛ l. idẽqz. idẽ labeo. ff. man. ꝛ ar. l. qm̃ liberi. C. de testi. ꝛ idẽ si testor dixisset relinquo vxorẽ meã dñaz i domo. Idẽ si dixisset vsufru
2 ctuariã nõ adijciẽdo qrũ rex qr̃ iste terius vsufructuariã ita cõfusus nõ põt significare nisi alimenta ratione omnimode incertitudinis, vbi nulla nota demõstrationis apponiť minimũ debetur, adeo, ꝙ si nõ intelligereť de alimentis relictum esset quodã modo delusoriuz, qz donãdo vsumfructuz in palmo terre heres liberareť ꝛ. l. si domus. in prin. ff. de leg. j. ꝛ not. gl. ma. in. l. legato generaliter. eo. tit. ꝛ ad predicta vide Bal. in. l. fi. C. de indi. vid. tol. ꝛ Ang. in. l. proprietas fundi. ff. de vsufrn. accre.

### Quinquagesimonono quero.

**An mulier debeat** alij annum ab hrdibus viri vide. s. in. xvj. q.

## SVMMARIVM

1 Testator si reliquerit vxori sue alimenta donec caste vixerit deinde leganit ei oẽs pannos lane. An illa adiectio donec caste vixerit videatur repetita in legato pannorum.
2 Item dictio in vno contextu ponitur copulatiue, sed in diuersis significat ordinem verborum non copulam.

### Sexagesimo quero.

1 **Quid** si testator † reliquerit vxori sue alimenta donec caste vixerit. deinde leganit ei omnes pannos lane ꝛ lini an illa adiectio donec caste vixerit videať repetita in legato pannoz. Bar. consulnit ꝙ non, qz sic recipit conditionez legatũ pannoz ꝙ est vnicum, ꝛ statim recipit plenariam prestationem sicut legatũ alimentoz vel vsumfructum. Quod limitat Bald. in.l.fi. C. de indi. vidui. tol. verum si sunt relicta seorsuz in diuersis partibus vel clausulis testamẽti. sed vbi est vna oratio ꝛ vnũ capitulũ tunc ꝙditio repetita videtur. allegat. l. in repetẽdis. ff.
2 de le. ij. refert ergo vtrũ in vno contextu vel pluribus. † nam in vno contextu dictio item ponitur copulatiue, sed in diuersis significat ordinem verborum non copulam, aliud est enim contingere aliud ordinare. l. quidam. ff. de penu. lega.

## SVMMARIVM

1 Uxor an sit alenda a viro in infirmitate, ꝛ qũo constan. matri.
2 Uxor cuius expensis debeat funerari.

### Sexagesimoprimo quero.

1 **An** vxor in † infirmitate sit alẽda ꝛ qũo constãte matrimonio a viro suo. Istã. q. monet gl. Bar. Ang. ꝛ Jmo. i. l. si cũ dotẽ. ſ. finaũt in seuissimo. ff. sol. mat. Ja. de aret. ꝛ Cy. in l. qõ vxorem. C. de neg. gest. ꝛ Aret. in. ſ. fuerat insti. de act. Et vltra ea que dixi. s. in illa. q. an mari. teneatur alimentare vxorẽ vltra redditũ dotis, nũc dico ꝙ aut est talis infirmitas que non ꝓhibet eã esse in obsequio viri, ꝛ tũc teneť eã alere ꝛ curari facere ar. ff. cõmo. l. in rebus. ſ. possunt cũ ibi not. ꝛ in. l. sicut. ff. de ope. lib. aut talis egritudo prohibet eã esse in seruitio viri. ꝛ tũc aut est dotata. ꝛ tunc vir teneť facere expẽsas ꝑm quantitatez dotis quod declara. vt dixi. s. in ꝓdicta. q. si vero nõ est dotata tũc aut mulier hz vnde possit facere se curari, ꝛ tũc maritus nõ teneť de ppio expẽdere. ꝛ iõ si facit ꝺr maritali affectione fecisse, ꝛ iõ nõ repetit nisi fuerit ꝓtestatus. l. nesenni⁹. ff. ꝺ. neg. gest. d.l. vxorẽ. aut hz aliunde, ꝛ tunc non teneť maritus expẽsas funeris facere. nã dicta impẽsa est onus totius pr̃imonij ipsi⁹ mulieris, ꝛ p rata cui acquiritur spectat onus funerãdi mulierez, ꝛ si nihil hz spectat ad patrem, ꝛ si patrẽ non habeat nec aliqd in bonis tunc spectat ad viz pp dignitatẽ maritalẽ, vt est calus in l. neratius cũ multis legibus sequen. ff. de relig. ꝛ sum. func. Similiter videtur ꝙ non teneatur eã alere maritus sed pater. vt. l. si qs a liberis. ſ. si vel parẽs. ff. de lib. ag. ꝛ l. aliměta. C. de nego. gest. qõ est vez si fuit ꝓmissa dos, ꝛ nõ tradita licet quidã ꝺ ꝙ ẽt si nulla fuit ꝓmissa dos onus alimẽtoz spectet ad pr̃ez, si aũt mulier neminẽ habeat qui eam alere teneať tunc vir tenebiť eaz
2 alere vt ꝓbat. d.l. ꝙ si nulla, ꝛ ita ꝓcedat gl. in. d.l.si cũ dotẽ. ſ. finaũt i seuissimo. † Cuius aũt expẽsis ꝺeat mulier funerari satis colligiť rñsio ex predictis, vide in pulchrũ ꝙsiliũ ꝺñi Signoreli ꝙ incipit, qz mortua est ꝺña Laterina. ꝛ per Bal. in. l. filiafa.

ff. sol. ma: ꝛ in l. sed si nõdũ cñ. l. seq. ff de reli. ꝛ sum. fune. Quid aũt si mulier habeat dotem ꝛ alia bona de quibus debeat funerari quidã dicũt ꝙ de dote. Imo. in l. si filiafa. sol. mat. tenet ꝙ pro rata de omnibus bonis quod no.

¶ Sexagesimosecundo quero.

**Uxor habitans** seorsum a viro an sit alẽda. Ja. de are. Cy. Bal. ꝛ Sali. in l. qó in vxorẽ. C. de neg. gest. distingũt aut hec est culpa viri ꝛ tenetur eam alere vt. l. j. C. de insti. ꝛ substi. aut est culpa vxoris, ꝛ non tenetur argu. l. si ea. C. de condi. inser. facit bonus text. in §. illud in fi. in auc. de non eligen. secun. nuben.

SVMMARIVM

1 Bona viri an sint tacite obligata ꝑ alimẽtis sicut pro dote.
2 Dispositio. l. lucius. ff. de ali. leg. an hẽat locũ i vsuris q̃ petunt.

¶ Sexagesimotertio quero.

1 **Pro alimẽtis** an bona † viri sint tacite obligata sicut pro dote. Bar. ponit in suo trac. de alimẽtis circa fi. ꝛ are. in §. fuerat insti. de act. ꝛ Bar. in l. si cũ dotẽ §. finaũt in seuissimo. ff. sol. mat. vbi refert Jac. de are. tenere ꝙ sic p. l. j. §. sed vt plenius. C. de rei vxo. act. Mã ex dote debent alimẽta, vt i. d. §. finaũt. §. vsure qñq; debent ex pecunia arg. C. de iu. do. l. pro oneribus. sed res obli. pro sorte sunt obligate ꝑ vsuris. vt. l. lucius. ff q po. in pig. ba. ergo ea que sunt obligata ꝑ dote erũt ét obligata ꝑ alimẽ. fac. l. lucí⁹. ff. ó ali. ꝛ cl. le. ꝛ l. gaius. cũ sua gl. ff. de an. le. ꝛ in hãc ptẽ vr iclinare bar. lz referat Guid. de suza. ꝛ Jac. rufi. determinasse ꝓrium. Et ꝑ opi. Bar. facit optime tex. in l. ij. ff. de ali. ꝛ cl. leg. vbi qñ legant alimẽta ꝑ aliqua re dr tacite ꝑ illis alimẽtis res ipsa obligata. idẽ lz Pau. in suo ꝙsi. lxxx. vbi limitat illud vex in alimẽtis q̃ petunt ꝙstã. mat. sed in his que petunt eo soluto dicit se nõ reperire a doc. tactũ ꝛ relingt indecisiuz. Alij dicunt idẽ eadẽ rõne, ꝛ forte maiore in alimẽtis debitis sol. ma. ꝛ ó maiozitate rõnis cõstat, qz qñ ꝙstã. mat. petunt nõ dicunt accessorie peti cũ nõdum nata sit actio ꝓnci. §. de dote. vt. l. lz si alia. ff. de bo. dã. l. ij. in ꝓn. ff. de do ꝓcle. sed qñ petunt sol. mat. tũc dñr accessorie peti, qz tũc est nata actio de dote, ꝛ sic militat ratio. d. l. lucius. itẽ qñ cõ stan. mat. petuntur nõ veniunt iure actionis nec officio iudicis mercenario, sed nobili. vt no. Bal. ꝛ Raph. i. l. si marito. §. fi. ff. solu. mat. officiũ aũt mercenariũ deseruit actione intẽtate. l. iiij. C. depo. no. Bar. in l. j. ff. de iur. om. iud. Sed adde ꝙ ꝛ istud tenet ipsemet Bar. cũ quadã tñ modificatione in. d. l. lucius. ff. de ali. leg. ꝛ Jo. and. in addi. Spe. in ti. de do. inter vir. §. j. ver. sed nunqd bona viri. ꝛ Imo. in. d. l. si cũ dotẽ. §. itẽ pater. ꝛ i. l. si marito. §. fi. ff. sol. mat. ꝛ Ro. in. d. l. si cũ dotẽ. §. finaũt alle. tex. in l. assiduis. in fi. ꝛ ibi dotẽ tñ. C. q po. in pig. ba. Scdo qz non reperit iure cautũ inter casus enumeratos i tit. ff. ꝛ C. qui po. in pig. ba. standũ est ergo regule. Tertio qz cũ spãliter ꝑ dote inducta sit tacita hypo. ꝑ. d. §. sed vt plenius, ꝛ nihil dr de alimẽtis ergo si illud voluisset quare nõ expressisset. l. j. §. si ad defi ciẽtis. C. ó ca. tol. Fallit tñ hec opi. ꝑm Bar. in. d. l. lucí⁹. qñ alia res esset spãliter designata vxori ꝑ alimentis per. d. l. ij. ff. de ali. ꝛ cl. leg. Hec ob. d. l. lucius. qui po. in pig. bab. qz vbi vsure
2 obligata, secus in casu nostro ꝑm Ro. ꝛ sic vult † ꝙ. d. l. lucius. nõ bz locũ i vsuris que petunt officio iudicis tm̃. Sed nescio qd velit Ro. qz aut vsure fuerũt promisse, ꝛ tũc sicut stip. producit actionẽ ꝑ sorte, ita ét ꝑ vsuris ꝛ tot erũt stipulationes quot res. l. scire debemus. ff. de ver. ob. Aut vsure nõ fuerũt promisse tũc non veniũt iure actionis, sed solo iudicis officio mercenario. vt. l. iiij. C. depositi. modo sic. sicut fideiussor simpliciter intercedẽs obligat pro sorte ꝛ vsuris venientibus solo officio iudi. vt est gl. ordi. ꝛ no. in l. que in ꝓin. ff. loca. ꝛ probat in l. si postea. ff. rẽ pusal. fo. quare nõ idẽ vr eadẽ rõne in pignore ꝛ hypotheca. Ideo vr mihi ꝙ male loquat Ro. in puncto iuris verior vr. j. opi. ꝑ. l. lucius. iuncto illo arg. Sustineri tñ posset opi. Jo. ꝛ sequaciũ lz nõ sit in totũ tuta rñdendo ad. d. l. lucius. ꝙ illud verũ qñ simpliciter debitor creditori bona sua hypothecauit, secus si expresse ꝛ specifice obligauit pro sorte, qz tũc nõ diceretur obligata ꝑ vsuris sicut in simili videmus in fideiubente expresse pro sorte qz nõ extenditur ad vsuras. vt no. gl. ꝛ oẽs i. d. l. q̃ro. sed sic est ꝙ iura expresse dicũt bona viri tacite hypothecata ꝑ dote. d. §. lz vt pleni⁹. ꝛ d. l. assiduis. ergo nõ extenditur ad alimẽta. Et qó ista fuerit rõ. d. l. lucius. volnit Cy. expresse in l. in pignoribus. C. ó vsu. Scdo sustineri põt opi. Jo. an. rñdẽdo aliter ad. d. l. luci⁹. qz ibi loquit qñ vsure ꝑ quibus dicunt bona esse hypothecata veniebãt oino accessorie vcz offi. iud. mercenario ade ꝙ extincto ꝓncipali extingueret accessoriũ. Sed in casu nr̃o nõ sunt accessoria alimẽta ad dotẽ sicut vsure ad sortẽ qz videmus ꝙ ante q̃ nata sit actio de dote peti põt alimẽta. vt. §. fuit ꝙclusiz. Itez qz solu. ma. peti possunt ante q̃ dos petat vt hz ꝑ Poder. in l. diuortio. in ꝓin. ff. sol. mat. ꝛ dixi. §. in. xvij. q. ergo ꝛc.

¶ Sexagesimoquarto quero.

**Alimẽta** cũ dote relicta an debeant cõmẽsurari. Ro. in suis singularibus notabili. ccccl xxij. tz ꝙ per casum quem dicit non esse alibi secundum lectu. ibi approbatam in. l. cum vnus. §. alimentis. ff. de alimen. ꝛ ciba. leg.

¶ Sexagesimoquinto quero.

**An maritus** teneat soluere ꝙdẽnationẽ factã pro vxore. Dic ꝙ nõ de iure cõi vt in toto ti. C. ne vxo. ꝑ mari. lz qdã ꝛ de egtate q̃ egtas mihi non plz, qz imo est iniquitas. nihil est. n. iniqus q̃ qó vnus teneat ex fcõ alterius. l. j. ff. si pars here. peta. ꝛ ibi gl. sic pena suos teneat auctores. l. sancimus. C. ó pe. ꝛ in toto tit. C. vt nullus ꝑ debito alie no granet li. xj. ꝛ ita dicit fuisse determinatũ ꝑ Albe. ó ro. in. j. parte statuto. q. xlviij. de hoc detigi. §. §. proxi. inter ꝓuilegia dotis dicã ét. j. proxi. §. in materia quando dos publicetur.

¶ Sexagesimosexto quero.

**An vir** teneatur ꝓsequi seruos dotales fugitiuos suis sumptibus. Boc. in l. si filio. §. qui dotalium. ff. soluto matrimonio tener quod sic, si culpa viri sunt fugitiui.

SVMMARIVM

1 Mora mulieris in dote recipienda in quo releuet maritum. ꝛ numero. 2.

¶ Sexagesimoseptimo quero.

1 **Mora mulieris** † in dote recipiẽda in quo releuet maritũ. Dic ꝙ facit maritũ teneri de dolo dũtaxat. vt est tex. in l. si mora. ff. so. ma. Nec ob. tex. in l. si filio. §. maritũ. ꝛ in l. si ꝙstãte. §. maritus. eo. ti. vbi innuit ꝙ ét alias sine mora maritus teneat de dolo tm̃, qz rñ. qó immo qñ mulier nõ est in mora maritus de dolo lata culpa ꝛ leui. vt. l. ét. §. j. ff. so. mat. ꝛ not. in l. in rebus. C. de iure dot. ꝛ in l.
2 põpo. ff. de pac. dot. Et ita dz ꝓppleri ad leges ꝛrias. † Et sic se quit ꝙ ꝓp moraꝫ mulieris maritus excusat a leui culpa, ꝛ boc inducit. d. l. si mora. Itẽ si ex qualitate obligationis maritus obligatus fuisset de leuissima culpa, vt qñ i dotẽ venisset q̃ztras, certe ꝓp moraꝫ ipsius mulieris maritus esset liberatus a casu fortuito. l. q. x. in ꝓn. ff. de solu. Adde qó mora mulieris relenat maritũ in alio, qz vbi alias ante moraꝫ mulieris vir tenebat ét de fructibus ꝓcipiẽdis ex nã ipsius ꝛctus. l. videamus. i ꝓn. ff. ó vsur. nunc vero tenet tm̃ de perceptis. d. l. si mariti. in fi. ꝛ j. proxi. q.

SVMMARIVM

1 Maritus an lucret fructu⁹ perceptos negligentia vxoris nolẽtis recipere rem dotalem solu. matri.
2 Fructus per venditorem percepti negligentia emptoris ex re debita emptori debent ei restitui.

¶ Sexagesimooctauo quero.

1 **An maritus** lucretur † fructus perceptos negligentia vxoris nolentis percipere rẽ dotalẽ solu. mat. Bar. ꝛ cõiter doc. in l. si mora. ff. solu. mat. tenent ꝙ nõ ꝑ illũ tex. nõ ob. l. mulier. §. si heres. ff. ad trebel. quia ꝑm Jac. de are. hec erant res ꝓprie mulieris, qz sol. ma. res dotales sunt mulieris. vt. l. in rebus. C. de iu. do. sed in ctrario erat

SVMMARIVM

2 Damnum datum in re dotali ab inimicis viri an presumatur datum culpa ipsius mariti.

¶ Octuagesimoprimo quero.

**In damnum** datū ꝧ in re dotali ab inimicis viri ꝓ sumaꝫ datū culpa ipsius mariri ⁊ qd si talis inimicitia erat cāta absq; sua culpa. Bart. in.l.in bis.ff. sol.mat. indistincte cōcludit. qđ sic. ꝓ quo allego gl. in.l.si merces.§.culpe.ff.loca. Bal. in.d.l.i bis dicit ꝙ si est inimicitia publica ista annumeraꝫ casui fortuito p.l.si merces.§.vis maior. ⁊. l.itē q̄rit.§.si exercitu.eo.ti. sed si est ꝓuata inimicitia ita demus annumeraꝫ culpe si ꝓp culpā cāta est illa inimicitia alias secus, qr tūc esset ꝯ oēm naturalē egritē ꝙ ascriberet culpe, ⁊ sic dicit tenere Cy. in.l.si fundo.ff.loca. vñ tūc ascribit casui fortuito ꝑm eū ⁊ sīr dicit qđ qñ ex fcō ꝓambulo creaꝫ inimicitia tūc inimicitia illa sequēs nō pōderaꝫ ipso actu ꝓambulo vt ꝓbaꝫ i.c.cū.p. manconella. de accu. ⁊ i anc. si dicaꝫ. C. de testi. i qbus pz ꝙ accusans aliū de crimine vel testificās ꝯ eū in cā criali ꝓp id efficit suus inimicus nō tñ repellit ab illo testimonio vel ab illa accusatione, sed bñ repelleret ab alio testimonio postea referēdo, ⁊ sic ex p̄dcis pz ꝙ Bal. post Cy. ꝯdicit Bar. Potes dicere ꝙ dictū Bar. sit verius, qr lz regulariter sine culpa qs nō punīaꝫ verū est nisi subsit cā vt in regula sine culpa. de reg. iur. ⁊ i.c.fi.cū ibi no. extra. ó qsti. q̄ cā vī hic esse ex quo ꝓp odiū alterius mulier recepit hoc dānū vel posses dicere ꝙ aut iste sciebat se habere inimicitiā, lz absq; culpa sua, ⁊ nō faciebat custodiā ac si nō habuisset inimicitiā. ⁊ tūc ꝓcedat opi. Bar. qr vī esse in culpa nō faciēdo diligē. custo. ꝓp inimi. ⁊ ꝓut cōiter qlz diligēs sciēs se hr̄e inimi. fecisset alr̄s si adhibuisset diligē. custo. tūc vī, ꝙ non teneaꝫ, ⁊ ita ꝓce. opi. Cy. ⁊ ó disti. satis vī ó mē. gl. i. d. §. culpe.

¶ Octuagesimosecundo quero.

**In maritus** qui in suis est diligētissimus, ⁊ nō ita in dotalibus. (¶ Additio. In dotalibus maritus q̄ maiori vtit diligētia in rebus ꝓprijs q̄ꝫ i dotalibus vī esse i dolo vel culpa lz qūo ⁊ qñ.) sit i dolo vel culpa bar. qsuluit in qsi. ici q̄dā mulier, qđ dī esse i dolo ⁊ idē sentit Sali. in.l.q̄ fortuitis. C. ó pig. ac. qcqd dixerit Bal. in.l.pign⁹ in.xv. col. eo.ti. dū alleg. tex. in.l.beredes.§.nō tm̄. ff. fa. ber. lz pōt rn̄ deri ꝙ illud ꝓcedit i re cōi i qua fuit tm̄ diligēs lz i alijs ꝓprijs fuerit diligētiss. qr vez est tūc ñ teneri de leniss̄ima culpa qñ cōstat ēr ꝓ ea pte qua irrenocabiliter erat pñs eū fuisse diligētē tm̄ nō aūt diligentissimus. Et ꝓ hoc pōt decidi qđ q̄ꝫ tangit Bal. in.d.l.pignus. in.vj.col. in ver. sed iuxta hoc queritur ⁊c.

SVMMARIVM

1 Mulier si repudiauit virū sine causa an perdat dotem.
2 Deus sola potest separare quos Deus coniunxit.

¶ Octuagesimotertio quero.

1 **Si mulier** ꝧ repudiauit vīz sine cā an ꝓdat dotē, ⁊ an furor sit iusta cā repudij. tex. i.l.si cū dotē. §. si maritus. ff sol. mat. dicit ꝙ ꝓp furorē nō fit diuortiū nisi sit furor insolerabilis. ¶ Quidā dicūt ꝙ furor nullo mō sit iusta cā diuertē di, qr iure nō ꝓbaꝫ. Sed Cy. ⁊ cōiter alij i.l.qsensu. C. de repu. pōderāt ꝙ si expressuz dū vī vel qualitercūq; vite qingis
2 insidiet. ꝧ Sed de iure can. sola mors pōt separare quos Deus qiūxit facit qđ bī in.c.ij. de qiu. lepro. ⁊ in.c.ij. de trāsla. pla. ⁊ in.c. dicat aliqs. xxxij. q. iij. Et qs sit modus ꝓbādi furorē vide Imo. ⁊ Mod. in.d.§.si maritus. de quo in cle. j. de homi. ⁊ ibi pulchre per Pet. de anc. ⁊ eūdē in suo qsi. v. Et aduerte, qr nō sufficeret ꝓbare ꝙ aliqs fecisset aliquē actū furoris, vel stultitie puta ꝙ ꝓiecit lapides, sed capitulādū est ꝙ nō caloze iracundie sed sine cā more insanorum ⁊ ex qsuetudine lapides ꝓiecit. nā ⁊ qñq; sapiētes lapides ꝓijciūt, vt ꝓ tuitione corporis sui vel cā solatij ꝑm Bal. in.§. arq; furiosi isti. qbus nō est ꝓmiss. fate. ⁊ adó ꝙ ꝓbaꝫ qs furo. ex eo ꝙ vadit ridēdo p vias vel iecc. vt est tex. i.l.ob q̄ vtilia. ff. de edi. edi. Itē ꝓbaꝫ qs furiosus ex eo ꝙ hz memoriā inordinataz, qr vnū dicit mō hinc ad modicū dicit oppositū vt pz i.c. filij de bere. in.vj. ⁊ de materia vide plura p gl. xlvj. q. ij. c. gōsaldus. ⁊ no. xciij. di. c. legimus. ⁊ no. gl. dis. lxvj. c. j. Aut iura loquen. in furioso habēt locū i mētecapto in quo differunt mētecaptus stultus isanus ⁊ furiosus vide Ang. ⁊ Imo. i.l. ex fcō. ff. ó vul. ⁊ pu. Bar. ⁊ Bald. i.l. si furiosi. C. de nup. ⁊ i.l.ij. C. ó cu. fu. ⁊ i.l. lz ⁊ milites. §. itē aūt. ff. ó exc. tut. vbi videnī dicere qđ multum verbosus dicitur mentecaptus.

¶ Octuagesimoquarto quero.

**Quod** si videbaꝫ furor sin̄ spe salutis ⁊ fcm̄ fuit diuortiū. (¶ Additio. Furor an sit iusta cā repudij. ⁊ qd si furor videaꝫ sine spe salutis ⁊ fiat diuortiū nūq; si vir postea saneꝫ diuortiū bēaꝫ ꝓ ifecto, saltē ad hoc vt vxor excuseꝫ ab amissione dotis.) an si vir sit sanat⁹ diuor. bēaꝫ ꝓ ifecto saltē ad hoc vt vxor excuseꝫ ab amissione do. Bar. i.l. si cū dotē. §. si marit⁹. ff. so. ma. sentit ꝙ nō ꝑz Pa. ibi dū infert Bar. ꝙ si qs semel fit excusatus a munerib⁹ ꝓsona. ꝓp ifirmitatē tpe excusationis videbaꝫ esse ꝓpetuo lz postea saneꝫ, tñ nō ꝓdit imunitatē ꝑz Bar. lz ꝯ tz ipse Pa. qr veritas sp̄ ꝓferī errori. c. q veritatē. lxxx. di. c. fraternitatis de frigidis. Alij dicūt ꝙ Bar. nō sentit illud ꝙ dt Pau. qr eēt expresse ḃ dcm̄ ꝯ ea q̄ no. i. j. qsti. ffor. vbi sniat lata qsi. pitor retractaꝫ aljs pitorib⁹ ꝯ asserē. vt est bo. tex. i.l. dini fratres. ff. ó iu. pa. Tu dic sustinēdo bar. ꝙ cū stādū sit pitis i arte lz postea retractet ex relatione magis pitor, tñ nō tollit ḡn ex. j. relatione pitor dicētiū nullā subesse spē salutis insurgat sufficiēs cā ad excusandū mulierē q̄ facit diuor. a pena amissionis dotis de qua i.l. qsensu. C. ó rep. qr q̄libet iusta cā excusat a dolo ⁊ pena. vt no. gl. i.l. plagij. C. ó plag. ⁊ i.l. pe. ff. ó abigeis no. gl. i.l. ab execu. C. quor ap. nō reci. ⁊ i.l. q solidū. §. ēt ó le. ij. Nō ob. d.c. fraternitatis. qr vez est illud quo ad validitatē matrimonij nō tñ vt dicaꝫ penā incurisse. Adde ēt qđ iusta cā excusandi quē a pena est rumor siue fama pub. vt ē tex. no. ⁊ ibi bar. in.l. fi. ff. ó here. insti. ⁊ vide ibi Imo. ⁊ Bal. in rub. C. de ꝓba.

SVMMARIVM

1 Maritus an habeat bona vxoris tacite obꝛata ꝓ dote evicta.

¶ Octuagesimoquinto quero.

1 **Pro dote** evicta ꝧ an marit⁹ hēat bona vxoris tacite obligata ⁊ Glo. i. §. fuerat. isti. de act. i ver. hypothecaria. i fi. sentit qđ maritus habeat tacitā hypo. ēt ꝓ evictione dotis q̄ est vez si evictio debeaꝫ, qr dos inceperit a ꝓmissione, ⁊ sic ab obli. secus si incepisset a traditione. vt no. in. l.j. C. de in. do. Facit in simili. l. aristo. in fi. ff. de do. Sed ꝯ hoc vī casus in.l.si ꝓ re. §. j. ff. de evic. Unde dico qđ qñ extraneus dat aliqd noie dotis tūc ꝓcedit qđ dixi qr extraneus donare vī. l.j. §. accedit. C. de rei vxo. act. Sicut ex donatione que incipit a traditione ⁊ debetur evictio. d. l. aristo. ita ēt de ista dote alias istud dictū nō procederet. vide oino Bal. in.l.j. C. de iure dot. ⁊ Areti. in. d. §. fuerat. ⁊ Sali. in.l.j. ff. de evic. ⁊ Joan. an. in addi. Spe. in tit. de dona. inter vir ⁊ vxo. in addi. magna. ⁊ Oldra. in suo qsi. xj. ⁊ Pau. in. consi. lxxij.

SVMMARIVM

1 Res in dotem data si fuerit evicta qualiter marito consulatur.

¶ Octuagesimosexto quero.

1 **Si res** data in dotē ꝧ fuerit evicta qualiter marito qsu laī ⁊ Glo. i.l. mevia. §. fundus. ff. sol. ma. lz ꝙ sic in electione viri vel agere de evictione ꝯ hr̄des soceri vel excipere ꝯ mulierē. vt in. l. avia. C. de iure do. ⁊ ó pac. l. rescriptū. §. si pacto. ⁊. l. vēdicātē. ff. de evic. sed hoc nō plz Ja. de are. ⁊ bal. qr qstā. mat. posset vir agere ó evic. sed eo soluto nō, qr tūc agere ad commodum mulieris, sed ipsa mulier non posset agere cum cām lucratiuā habeat. d.l. mevia. §. j. ergo non pōt qqueri sic nec alius ꝓ ea. l. aristo. pālleg. ⁊ bonus casus in. l. si donatarius. §. fi. ff. de cōdi. ob cāz. Sed Bal. tenet gl. dicēs qđ mulier nō poterit agere sine cessione. Sed si sibi cedatur actio per vīz bene poterit agere alleg. l. pater. ff. de evic. licet modicū faciat. Tu posses qcordare hec dicta duobus modis. Primo modo ꝑm Imo. qđ opi. Bal. ꝓcedat si constante matrimonio fundus fuit evictus, quia tunc marito fuit nata actio de evictione. secundo

cundo opi. Bar. ꝓcedat qñ sol. ma. fundus euictus fuit, qz tũc nõ vr̃ nasci actio viro cũ sua nõ iterfit. Sed an hec solu. ꝓcedat pendet ex his q̃ hñr in l. g aũt. §. j. ff. si qs caut. vbi tractaꝫ an de finẽte interesse desinat actio cõperere. Vñ põt dici scdo q si q̃ ramus de vtili actione exẽpto q̃ daꝫ ad interesse ꝓcedat opin. Bar. sed si querimus ō stipulatione dubie pene noie si illa sit interposita, tũc qz illa nõ inspicit an iterfit. l. stipulatio ista. §. alteri. de ver. obli. ff. quesita est actio viro. ideo vr̃ q debeat cedere mulieri per. l. quoties. z per. l. nõ solum. ff. de iure dot.

¶ Octuagesimoseptimo quero.

**Si constante** matrimonio maritus egit de euictione z obtinuit ad quid teneaꝫ postea. By. in. l. menia. §. fundus. ff. so. ma dicit q tenet restituere id q ꝙsequit̃ per legẽ non soluz. z per. l. quoties. ff. de iure dot. Vide plene Bar. in. l. pretor. §. j. ff. de bo. auc. iud. pos.

SVMMARIVM

1 Bos si fuit data in florenis z solu. ma. sint minorati in pretio, cuius erit periculum.

¶ Octuagesimooctauo quero.

1 **Si dos** fuit data † in florenis z sol. mat. sint minorati in pretio, cuius sit periculũ. Ista est longa qõ ō mutatione valoris monete in qua sint varie opi. an in moneta grossa, an in minuta, an sit variata estimatio ipsius monete, vel sit in totũ reprobata, vel alia i eius locũ subrogata. Be quo vide Cy. z alios in. l. minoꝝ. C. in quib. cau. in inte. resti. nõ est necessaria z in ꝓposito doris vide bonũ tex. z ibi Bal. in. l. res in dotẽ. ff. ō iure do. per Bar. in. l. paulus. ff. de soln. p Ant. ō but. in. c. q̃sto. de iureiur. per Moder. maxime per. d. meũ do. Alex. in. l. cũ qd. ff. si cer. pet. p Marti. de laude in suo smg. tra. monetaꝝ.

¶ Octuagesimonono quero.

**Quid** si mulier fecit pactũ cũ viro qõ reddaꝫ sibi dos in florenis sub eadẽ estimatione, z valor floreni sit postea diminutus qd tũc erit? Bar. i. l. in his. §. mãcipia. ff. so. ma. sentit q nõ teneaꝫ vir aliquid refundere mulieri, sed si sit sensus tot de numero. Sed Jo. de imo. ibi hoc nõ putat vez, qz iz non possit esse variatio bonitatis intrinsece potest esse in bonitate extrinseca respectu valoris ideo illa vr̃ attẽdenda. Vñ z alias cõuenit dici qõ eo casu quo cadit interesse intrinsecũ nõ hr̃ ratio extrinseci. l. nummis. ff. de in litem iuran. z. l. j. §. de sen. que pro eo qõ interest. Et qz nõ est verisimile qõ in dubio mulier voluerit pati illud dãnũ. arg. l. cũ de indebito. ff. de prob. z vr̃ illud pactũ fuisse adiectũ in fauorẽ viri qõ. l. redderet sub eadẽ estimatione ẽt si augereꝫ eoꝝ estimatio, ergo sentire oz ẽt incõmodũ si est diminuta. ar. l. de fideicõ. C. ō trãs. z. l. pr̃ puelle. C. ō iof. test.

SVMMARIVM

1 Dolus patris circa dotem nocet filie.

¶ Nonagesimo quero.

1 **An dolus** † patris noceat filie in dotẽ vide qõ no. in. l. ij. §. ij. ff. ad carbo. Sed dic q dolus patris nocet filie sicut dolus cuiuslibet extranei a quo qui cãz lucratiuã haberet. l. ij. §. de auctoris. ff. de doli exce. Be hoc vide qõ in. l. dini fratres. ff. de iure dot. not. per By. in. c. nõ debeat aliquid de reg. iur. in. vj. per doc. in. l. j. §. inlia. ff de li. agno.

¶ Nonagesimoprimo quero.

